Digitized by the Internet Archive
in 2015

https://archive.org/details/deuotissimemedit00grim

Deuotiſſime Meditationes de vita: beneficiis: et paſſiōe ſaluatoris Jeſu chrī cū gratiarū actione.

M·D· XX·

Prefatio.

SI deſideras perfecte mundari a vicijs : ſi nobiliter ditari in virtutibꝰ:ſi altiſſime illuminari in ſcripturis : ſi glorioſe triumphare de inimicis/ſi copioſe cōſolari in aduerſis:ſi deuote cōuerſari in terris:ſi frequēter cōpungi in cubilibus.Si dulciter flere in orationibꝰ:ſi frequēter accendi in meditationibꝰ:ſi ꝑſeuerare in bonis actibꝰ:ſi repleri ſpiritualibus gaudijs:ſi rapi in exceſſu mētis:ſi diuerſis frui ſecretis:ſi feliciter mori in extremis:ſi ꝑhenniter regnare in celis.exerce te in vita ⁊ paſſiōe Jeſu chr̄i filij dei:quē pater miſit in mundū:vt oībus p̄beret ꝑfectiōis exēplū: et ſequaces ſuos ad eternū ꝓduceret regnū. Ama igitur chr̄m:ſequere Jeſum:amplectere crucifixum.

G. Harris Fund
Oct. 28-1957

**G. 3876

Incipiunt deuote gratiarum actiões de tota vita mediatoris dei et hominū Jeſu chrī. Et primo oratio multū excitatiua ad laudandum deum.

Omine deus meus/laudare te deſidero. quia ad laudandum te/creatum me agnoſco. Aperi os meum in laude tua: vt cantem gloriam nomini tuo. Excita cor meum in te; repelle omne tediū: infunde gratiam: accende amorē: vt tibi debitas poſſim gratias perſoluere. Aufer iniquitatem ſerui tui: munda me ab omī inquinamento carnis ac ſpiritus: vt dignus efficiar in tui nomīs honorem labia mea apire. Sed tuā abyſſalem maieſtatis dignitatem quis digne laudare poterit. Ecce oēs virtutes celorum atq; vniuerſe poteſtates angelice non ſufficiunt tue celſitudinis magnitudinem condigne laudare: quāto minus homo fragilis putredo et vermis. Deficit enim in condigna laude tua omnis creatura: omnis ratio: omnis lingua et ſermocinatio. Quid igitur? Ceſſabo a laude tua: quia te digne laudare nequeo. Aut ideo tacebo: et omnino mutus ero. quia immundū et inſufficiētem me eſſe cognoſco. Abſit a me ingratitudo iſta: vt ceſſem laudare te: quē laudare debet oīs creatura. maxime aūt hōrōnalis: cui tanta bona p̄ ceteris ꝯtuliſti. O pater miſcōiaꝝ: et deus infinite bonitatis. Scio vere et cōfiteor ex toto corde: me nimis ſordidū peccatorem eſſe ante te: quē magis decet proſtrato vultu cum fletu ⁊ gemitu veniam petere: q̄ dulciſſimū nomē tuū polluto ore laudare ⁊ nomīare. Sed tñ de tua pijſſima bonitate ac ingenti dulcedine confiſus: cupio

te laudare ex intimis precordijs. obſecrās viſcera miſe rationū tuarū: vt me immundū vermiculū et putridū cadauer nō deſpicias. nec a magnifici nois tui laudatiōe ſuſpendas: ſed oia interiora mea cū deuota oris iubilatione ad laudandū te excites et accendas. Laus tua de9 tu ipſe es: nec ab aliquo dignius laudaris: niſi a te ipſo: qui es rerū oim conditor et rector: a quo cūcta hñt originē: virtutē: et opationē: in tui nois laudem et honorificentiā tendentem. Laudandus ergo es ſemp: et ab omi creatura tua bñdicendus. Sed oēm laudē precellit: cum mens tuā dignitatē cogitās: p tua maxima bonitate te ipſum collaudare in te ipſo deſideraret. Laudet te igitur deus meus incōprehenſibilis eſſentia tua: inenarrabilis oipotētia tua: inſcrutabilis ſapiētia tua: ineffabilis dulcedo tua: et immenſurabilis pietas tua. Laudet te ſupereminens tua bonitas: ſupabundans miſcōia tua: ſempiterna quoqꝫ virtus: et inenarrabilis maieſtas tua. Laudet te infallibilis v̉itas tua: incōmutabilis equitas tua: indeficiens lux tua: clariſſima noticia tua: et inuiolabilis ſubſtātia tua. Laudet te rectiſſima iuſticia tua: prudētiſſima ordinatio tua: trāquilliſſima gubernatio tua: et inuincibilis potētia tua. Laudet te tua maxima dignitas: ſumma benignitas: tua optia dulcedo: pulcherrima pulchritudo: et excellentiſſima charitas tua. Omne nomen et omne verbū: quod de te pdicari poteſt et dici / laudet te: et ſuperexaltet in ſecula. Laudet te nobiliſſima regina celorum: glorioſa virgo maria: atqꝫ cum vniuerſa curia celeſti: tuam ppetuā maieſtatē ſuperexaltet in ſecula. Milia miliū angelorum debita cū veneratione tibi miniſtrantiū / laudent et pſallāt nomini tuo infinite gratitudinis laudes. Et decies milies centena milia ciuiū ſupernorum tibi

iugiter aſſiſtentiū ſumma cū exultatiōe laudēt te. et adorent cū ſumma reuerētia: atq₃ ex pte mea oīs hec iocūdiſſima contio celeſtis aule cū deuotiſſima et acceptabiliſſima ſalutatione te ſalutent: laudent et honorificēt in ſecula. Cuncta quoq₃ pclara deſideria ſanctoꝝ: et oīa melliflua doctorū eloquia: ſingule virtutes et actiōes perfectiſſime in tui noīs honore opate: cū vniuerſali creaturarum melodia laudent te et ſuperexaltent: altiſſimo mō quo pnt tuū ſanctiſſimū deitatis nomē bñdicendo in ſecula. Omēs ſancti et electi tui: quoꝝ noīa ſcripta ſunt in libro vite: laudent te ⁊ glorificent laude ppetua: atq₃ pro peccatoꝝ meorū plena remiſſione: ꝓ bona morte: et felici exitu: ꝓ euaſione eterne damnatiōis: et ꝓ perceptione celeſtis glorie te exorent. mihiq₃ ſtatū eterne ſalutis apō te impetrare mereantur.

Oratio de Creatione primi hominis et eius miſerabili lapſu.

Benedico et gratias ago tibi ſancta trinitas ⁊ inſepabilis vnitas: pater: et filius: et ſpūſſanctus: vnus verus deus oīpotens: qui ad declarandam bonitatis tue ineffabilem largitatē: in principio creaſti celum: et terram: mare: et oīa q̄ in eis ſunt Atq₃ pre ceteris creaturis ſpeciali honore dignitatis hominem ad imaginē et ſiſitudinem tuam ſublimaſti: faciendo ipm dn̄o potentē: ratione ſapientē: et vita innocētem. Laudo et glorifico te ꝓ maximo illo munere: quo hoīem in paradiſo decoraſti delicijs affluentibus: vt haberet ſumma ad fruendum: inferiora ad regendum: et cuncta ſimul poſſideret ad te perpetue collaudandum. Laudo et honorifico te deus pijſſime pro tua excellenti



miſeratione et indicibili miſericordia: qua homini preuaricanti: et oībus benefi cijs tuis ingrato ab irrepabili lapſu pepcīſti: ipm ꝓ ſuis culpis ad agēdam penitentiā extra paradiſi amenitatem emittendo: qui licet eterna damnatiōe pro ſua tranſgreſſione dignus extitiſſet: nec vllam veniā conſequi debuiſſet: non es tamen vſus hac ſeueritate iuſticie: ſed dulcedine ineffabilis miſcōie tue imponendo illi onus digne penitētie: et poſt longa tpa: oleū exhibendo: diu optate indulgētie: ſicqꝫ factum eſt: vt creatura rationalis tua ſaluaretur gratia: que ꝓpria iniquitate cecidit in culpam. Hinc grās tibi agere debꝫ omīs fidelis anima: nec de ſua cōfidere virtute: neqꝫ de ſuorū meritorum gloriari iuſticia. Tua enī deus meus ſumꝰ creatura: tua bonitate cōſiſtimus: tua largitate accepimus q̄ habemꝰ: ſed nr̄a prauitate cito labimur et deficimus: ac niſi tue miſeratiōis p̄ſidio rurſus erigamur et ɔfirmemur: ad deteriora ſemp tendimꝰ: et in malis tabeſcimus. Tuas igit̄ clemētiſſime deus miſeratiōes imploramus: tue ſuauitatis abundantiā ad memoriā reuocamus: dulciter eructamꝰ: excellenter p̄dicamus: atqꝫ tibi ſacrificiū pie laudatiōis ꝓ multitudine impenſe miſerationis cū gratiarū actiōe immolamus: quā nobis filijs ſceleratis ſīb pctō venūdatis pleniſſime ōndiſti.

De Reuocatione hominis et eius miſerabili lapſu.

Benedico et gratias ago tibi domine deus omnipotens et clemens: cuius natura bonitas: cuius voluntas potentia: cuius opus miſericordia eſt. Pro tua clementia immenſa et gratuita bonitate: qua hominem dyabolica malignitate deceptum

atq; mortalis contagij veneno ꝓſtratum: nō diſtuliſti a multiplicibus erroribus et pctōꝝ ſordibus ad viā penitētie et rectitudinis ſtatū reuocare:dando illi ſpem venie et ꝯſolationē adipiſcende ſalutis:ingerendo ꝑ ſalutiferum aduētus tui ꝓmiſſum. Et ne forte ꝑ ignorantiā homo ſuā poſſet excuſare maliciā:ꝯſuluiſti frequēti admonitione ei⁹ errori:pandendo legē:inferendo plagas: apta iudicia exercendo in pctōres:multiplicando ſigna ꝓmittendo bona futura:ita vt eſſent inexcuſabiles: q̄ ſe ad cultū tuū et ṽitatis noticiā nō cōuerterēt. Nam et quinq; ſeculi etatib⁹ ꝑ patriarchas:iudices:ſacerdotes: reges:et ꝓphas ab Abel iuſto vſq; ad Joannē baptiſtā p̄curſorē dn̄i nō deſtitiſti deſiderabilē aduentū tuū miris ſignis ac multiplicibus oraculis ꝓnunciare: ꝓmittere:ac p̄figurare:vt intelligentias noſtras tot teſtibus precurrētib⁹:ac tua myſteria nunciantib⁹:ad fidē erigeres:et torpentes affectus noſtros ꝑ viua multoꝝ patrū antiquorum exempla ardenter inflammares.

De Redemptione humani generis per verbi incarnati myſterium.

Benedico et gratias ago tibi dn̄e deus creator et redēptor humani generis ꝓ tua nimia charitate:qua hominē mirabiliter creatū/mirabilius reformare voluiſti. Cū em̄ adhuc eſſemus inimici tui:⁊ mors antiqua in om̄e genus humanū iniquū exerceret dominium:recordatus es vberū miſerationū tuarū:et ꝓſpexiſti de ſublimi habitatiōe glorie tue in hanc vallem ploratiōis et miſerie. Vidiſti ſiquidē habitationem populi tui magnā ſup terrā:et graue onus filiorū Adam. Idcirco tactus dulcore charitatis intrinſecus



appoſuiſti cogitare ſup nos cogitatiões pacis et redem
ptiõis. Nam vbi venit plenitudo tpis: veniſti viſitare
nos oriens ex alto: et deſideria ꝓphetaꝝ p ſuſcepte incar
nationis exhibitionē adimpleſti: verus deus et hõ inter
hoies apparendo. Benedico et laudo te ſaluator noſter
ihu chr̃e ꝑ tua maxima humilitate: qua paupculã virgi
nem dignatus es in matrē eligere: quã et pauperi fabro
videlicet Joſeph iuſto et ſancto viro deſponſari feciſti.
Benedico te ꝑ tua digniſſima incarnatiõis annuncia-
tione et reuerenda angelica ſalutatiõe: qua beatiſſimam
virginē mariã angelus Gabriel deuotiſſime ſalutauit:

annuncians ei diuinũ myſteriũ: dei filiũ ex ea incarnandum. Laudo ⁊ honorifico te ꝑ magnitudine fidei marie virginis: pro firmo eius aſſenſu: et humilima ei⁹ reſponſione: ac cunctis ꝟtutibus illius: quas tunc ſpecialiter demonſtrauit: qñ archangelo euangelizanti obedienter rñdit. Ecce ancilla dñi: fiat mihi ſm verbũ tuum. Laudo et glorifico te o eterna patris ſapiẽtia: ꝑ tue inattingibilis altitudinis admiranda inclinatiõe: in noſtre mortalitatis vile ergaſtulũ: et pro tua puriſſima ex Maria conceptiõe ſpiritusſcti cooperatione celebrata: in cuius virginali vtero inenarrabilis virtus altiſſimi ſuperueniens: carnẽ tuã ſacroſanctã de carne ꝟginis intemerata formauit. Tu eñ verus deus eterno patri ꝯſubſtãtialis / nobiſcũ factus es vna caro: ſine contagione pctĩ: vt nos tecũ / vnũ efficeres ſpm̃: ꝑ adoptionẽ filiorũ dei. Laudo et magnifico te: pro tue plenitudinis ſpontanea exinanitiõe: et noſtre paſſibilitatis: hũilitatis: infirmitatis: ac mortalitatis charitatiua ſuſceptiõe. vt nos tua exinanitõe ꝛpleres: tua paſſibilitate ſaluares: tua hũilitate exaltares: tua infirmitate roborares: tua mortalitate ad immortalitatis gl'iam ꝑduceres. Laudo et ſuperexalto te ꝑ tua longa inhabitatiõe: q̃ nouẽ menſib⁹ intra virginalis vteri anguſtias: puulus latuiſti: expectãdo debitũ natiuitatis tp̃s q̃ ſm diuĩtatẽ nõ hẽs tpa ⁊ ãnos: ſꝫ oĩa in tpe et ordine ꝯgruo ordinaſti. O amãda et valde admiranda dignatio: ꝙ tu de⁹ immẽſe gl'ie nõ deſpexiſti vermis ꝯtẽptibilis fieri. et q̃ cũcta ſine labore creaſti: ꝑpter nos liberandos dolores noſtros aſſumere voluiſti. O dulciſſime ihu: ſplẽdor eterne gl'ie: quãto te minorẽ in humãitate feciſti: tãto maiorẽ mihi in bonitate oñdiſti: ⁊ q̃to ꝑ me fact⁹ es vilior: tãto mihi carior es



De Natiuitate ac pauperta-te domini Jeſu.

Benedico et gr̃as ago tibi dñe ihũ chr̃e ex p̃te
patris vnice: qui ſolus ante principiũ natus:
ineffabiliter dignatus es ex maxima hũilitate
in ſordenti ſtabulo naſci: et in anguſto p̄ſepio ob amo-
rem ſctē paup̄tatis collocari. Laudo te amantiſſime Je
ſu ꝓ preclaro ortu tuo: ꝓ glorioſa natiuitate tua ex illiba
ta virgine Maria: ꝓ paup̄tate tua et humili reclinatiōe
in tam paruo et vili p̄ſepio. Quis digne cogitare ſuffici-
at altiſſimũ deũ tam paruũ ꝓ hoibus factũ. O quãtas
tibi gr̃as agere tenet̃ totũ genꝰ humanũ ꝓ q̃ redimendo
p̄ſepis queſiſti anguſtias. O magna pietas: o mira ſua-
uitas: o ſuauiſſima charitas/ videre deũ puerũ natũ: pã
nis vilibus inuolutũ: et in arto preſepio ante aĩalia poſi
tum. O humilitas incõprehenſibilis: qꝛ dñs omniũ do
minorũ dignatus eſt fieri cõſeruus ſeruorũ ſuoꝝ. Sed
hoc parũ viſum eſt tibi dñe deus: vt eſſes pater meus: q̃
es creator meus: qui etiã fieri dignatus es frater meus:
et caro mea veritate humane nature. Sed nihil trahens
corruptionis antique. O natiuitas ſuꝑ naturã: ſed pro
natura reparanda/ ſuꝑans naſcentiũ ordinē miraculi
excellentia: ac noſtros flebiles ortus conſolans virtute
diuina. O q̃ felix ⁊ multũ amabilis natiuitas tua dulciſ
ſime Jeſu puer egregie: virginis ꝓles eximie mr̃is Ma
rie: que oim̄ natiuitatē emendat: conditionē reformat:
preiudiciũ ſoluit: cyrographũ damnate nature reſcindit
vt ſi quē piget damnabiliter de origine Adam eſſe natũ
gaudeat de tua incõtaminata natiuitate: confidens ſe fe
liciſſime per gr̃am tuã eſſe renatũ. Gratias ago gra-

tuite et glorioſe natiuitati tue Jeſu chr̄e: vnice fili dei: ꝑ quē acceſſum habem⁹ ad grām iſtā in qua ſtamus et cōfidimus de ſpe gl'ie filioꝝ dei: nobis celitus repromiſſa. Tu pignus redemptiōis nr̄e: tu ſpes ꝑhēnis oīm: ad te humiles peccatores cōfugimus: qui nos antea queſiſti: cū necdū te cognouim⁹. O ſacra ⁊ dulcis infantia: q̄ veram humanis cordibus innocentiā infudiſti: ꝑ quā oīs etas in btām redeat infantiā: tibiqꝫ conformis fiat: nō paruitate mēbroꝝ/ſed humilitate ſenſuū: ac pietate morum. Concede mihi clemētiſſime Jeſu chr̄e humilitatis ac pauꝑtatis tue ſancta veſtigia imitari: qui ad dādum oībus hoībus virtutis exemplū et ꝑpetue ſalutis remediū voluiſti de Maria v̄gine medie noctis tp̄e naſci. Fac me cū angelis et tota militia celeſti grās ac laudes deuota tibi mente canere: quos tue natiuitatis letos feciſti eſſe precones.

De incōmodis et indigentiis pauperis Jeſu.

Benedico ⁊ grās ago tibi dn̄e Jeſu chr̄e ꝓ multorū incōmodoꝝ inter ipſa primordia natiuitatis tue benignā ꝑpeſſione et extreme pauꝑtatis aſꝑrima deguſtatione. Cū em̄ natus eſſes in orbem deus: elegiſti nocturnū tēpus ꝓ ſecreto: algorē hyemis pro delicijs: nec queſiſti grandia palatia ꝓ regia dignitate. Sed breue cunabulū ad tuā teneritudinē ꝓtegendā O pauꝑtas ſuꝑ pauꝑtatē: ꝙ vix pānos habuiſti ad induendū: qui totū regis mundū: qui p̄mo hoī tunicam pelliceam feciſti: qui celū ſtellis: terrā floribus: iumenta pellibus ⁊ crinibus mira varietate adornaſti. O ſanctā pauꝑtatē filij dei: oībus diuitijs mundi precioſiorē: vix

vllis pfecte imitabilem. Quis naſcentiū tales ptulit angustias: Que lra: que lingua: aut q̄ exempla demonſtrāt aliquē ſctōꝝ habuiſſe tale pauptatis iniciū. Hinc tibi laudes ampliſſimas ex totis medullis cordis mei: refero ieſu rex inclyte: puer amabilis: obſecrans tuā dulcedinem: vt tue ſctē pauptatis tribuas mihi dona: corde amoroſo amplecti: ac patienti animo inopie moleſtias cū tua gr̄a pferre. Tu de celo deſcendiſti: vt illam nobis amabilē faceres: et paup de noſtro fieres: qui ſemper de tuo diues ac plenus pſeueras. Laudo te magnifice ꝓ aſſumptiōe pauptatis ⁊ fragilitatis noſtre: ꝙ tā charos nos exiſtimaſti. vt depoſito regali dyademate: inter filios Adam: q̄ſi vnus ex ipſis dignatus es ꝯputari: cōmunione ſcilicet fragilis nature: abſqꝫ tamen om̄i labe culpe ſemp immunis permanendo.

De vagitibus infantis Jeſu.

Benedico et gratias ago tibi domie Jeſu chr̄e gaudiū angeloꝝ: ſolaciū miſeroꝝ: pro lachrymis et vagitibꝰ infantie tue: q̄bus pctā filioꝝ Ade dolenter deploraſti. Mira res et ſtupenda dignatio/ ꝙ deus paruulus vagit in cunis: quem laudent angeli in celis:. Sugit vbera matris: vt mortalis qui ſubſtantiā vite miniſtrat oībus: vt impotēs teneť manibꝰ: portať brachijs: qui tonat in nubibꝰ: et terraꝫ rigat imbribus. Ecce quō ſimul iuncta ſunt ima ſummis: et humana diuinis. Me ergo abluūt infantie tue fletus: mea delicta tue deplorant lachryme. Jdeoqꝫ plus debeo iniurijs tuis domine ꝙ redemptus ſum: q̄ꝫ opibus ꝙ creatus ſum. O quantū lugere debeo pro pctīs meis: quoniam tu dn̄e nō ceſſaſti plorare ꝓ eis. O q̄ꝫ grauia fuere

vulnera anime mee pro quibus tam vberes lachrymas fudisti Sed nõ mirũ neq absurdũ/ſi modo lachrymas ex cõpaſſione fundis: ꝑ qbus veniſti pcioſum ſanguinẽ fundere: vt nos a pctis ablueres. Laudo ergo te dilecte Jeſu: et ſemp laudabo ꝑ charitatiua cõpaſſiõe tua erga me miſerum peccatorem.

De Lactatiõe eſurientis Jeſu.

Benedico et gratias ago tibi domie Jeſu chre: fons indeficiens vite: ꝑ tua lactatione ex vberibus ṽginis marie: cuius ſacro lacte paſtus es: tu ipſe paſtor oim: cibus et panis angelorũ. O ineffabilis dulcedo diuine dignatiõis ad hoim genus. Quis digne exiſtimare valeat: quanti ſacramẽti: quanteq ſit gratie: q deus ſugit vbera carnis: et lacte alitur ṽginis O quãta dulcedine charitatis mihi dñe piungeris: qui ad indigentias te inclinaſti humane fragilitatis. O magnum tremendũ q myſteriũ: cũ vnus idemq pdicaris de deo patre deus: et de matre virgine hõ verus: vnus/idem q filius crederis femine: et vnicus paterne glorie: vnus idemq particeps factus hoim: et dñs adoraris angelorum. Laudo itaq te et bñdico ineffabili dulcedie tue: qui nõ erubuiſti maternũ lac ſugere: oſtendẽs te veram carnis originem de matre virgine traxiſſe. O qui paſcis oĩa: et tam modica contentus fuiſti alimonia. Paſce animã meam ſacri verbi dapibus: et tribue cum gratiarumactione tibi ſeruire: q̃diu in hoc fragili ſum ſtatu corporis.

De doloroſa Circumciſione domini Jeſu.



Enedico te et grãs ago tibi dñe Jeſu chriſte: ſaluator mũdi: puritatis auctor: ſumme innocentie cõſeruator. pro tue tenerrime carnis dolorosa circumciſione: ſm moſaice legis traditionẽ: cui te in omĩbus cũ eſſes liber a ſordibus feciſti ſubiectum.
Laudo te ſup innocentis ſanguinis tui effuſione prima quẽ ꝓ nobis effudiſti die hodierna. O mitiſſime agne dei: quanta dilectionis tue cõmendatio: quanta virtus patientie tue extitit: cũ ſctã et immaculata caro tua in tã tenera etate: circumciſiõis penã: quã nõ meruit accepit.
Ego em̃ peccaui: et tu penam peccati exoluis. Ego in cõ-

cupiſcentia delicti conceptus ſum et natus:et tu ſine rea
tu procreatus:cauterium vltiōis accipis.Quid in te vi-
cioſum aut ſupfluum extitit qđ abradi debuit. Sꝫ quia
ego ꝓ pctīs meis plene tibi ſatiſfacere nequiui. Idcirco
tua mihi ſubueniſti gratia et adhibuiſti anime mee me-
dicinā purgatiuā:p durā carnis tue circūciſionē. Nec
mirū tamen ſi te paſſus es circumcidi: qui paratus fui-
ſti ꝓ om̄ibus occidi.Totus ſiquidem mihi datus::totꝰ
in meos expenſus vſus. O bone clementiſſime ieſu:qui
in innocenti corpe tuo circumciſionē accepiſti carnis.
Circumcide om̄ia membra ſpūali petra:ꝛ ſm vitam tuā
om̄es actus meos ordina:moreſqꝫ cōpone. Quicquid
in me carnalitatis repis:abſcide totū et extingue qcqd
ſupfluū videris:amputa:et om̄e vanū ac leue diſcipline
tue rigore coerce:quatinus intus a vicijs purgatus /et
honeſtate virtutū adornatus:ſancti nōis tui amorē per
petuū:et regni tui celeſtis merear habere conſortium.

De impoſitione ſalutiferi nominis Ieſu.

Benedico et gratias ago tibi dn̄e Ieſu chr̄e ꝓ
noui ſalutiferi adorandiqꝫ nōis tui impoſiti
one:quod vocatū eſt Ieſus. Hoc primū an-
nunciatum fuit ab angelo in auribus beate marie virgi-
nis:poſtea ſancto Ioſeph reuelat̄ in ſomnis:ſed hodier
na die impoſitū eſt tibi a parētibus. O dulciſſimū ieſu
nomē ſup om̄e nomē in celo et in terra bn̄dictū. Scd̄m
nomē tuū ieſu:ſic et laus tua in fines terre. A ſolis ortu
vſqꝫ ad occaſum laudabile nomē tuū:ex hoc nūc et vſqꝫ
in ſeculum digniſſime glorificandū. Hoc ſanctiſſimum
et venerabile nomē ab eterno tibi a patre appropriatum



eſt:ſed in tp̄e hoīb9 manifeſtatū. Nō em̄ eſt aliud no=
men ſub celo hoībus datū:in quo oportet nos ſaluos
fieri. Jure ergo tibi flectet̄ om̄e genu:celeſtiū:terreſtriū:
et infernorū:et oīs lingua confiteat̄.qꝛ tu es ieſus chri=
ſtus ſalus et redemptio noſtra. O dulciſſime ieſu q̄ ad
mirabile eſt nomē tuū in vniuerſa terra. Magnificatū
eſt ſiquidē nomē tuū ſuꝑ nomē Salomōis: et ſuꝑ oēs
reges qui ante eum fuerūt:et qui poſt eū regnaturi ſunt
Jdeo adorabunt te omnes reges terre:et omnes tribus
et lingue ſeruient tibi.quia tu es dominus deus noſter

rex et ſaluator oim chriſtianorum. O ſuaue et ſalutiferū nomen ieſu:oēm ſanans languorē:mentem illuminās: corda accendens: triſticiā fugans:iram mitigans pacē et concordiam prebens:charitatē nutriens:⁊ gaudiū in tribulatione efficiens. Hoc ſumme et amabile nomē:de celo ab angelo delatū eſt in terris. Hoc euangelizatū eſt ꝑ vniuerſum orbem ab aplis. Pro hoc paſſi ſunt marty res:hoc clara voce docuerūt ꝯfeſſores:hoc ardēter amauerunt ſacre virgines:hoc laudāt et canunt ſenes cū iunioribus et mille milia fideliū elegerūt:potius mortem ſubire/ q̄ melliſluū nomē ieſu negare. Hoc ſalutare nomē nūc adorāt reges ⁊ principes:hō predicāt ſacerdotes et doctores:hoc ſingulariter venerantur et diligūt cūcti chriſtifideles:qui mundo et dyabolo renunciantes:in ieſu noīe ſe ſperant eſſe ſaluandos. Eſt eñ ieſus oīm ſuorū ſalus et ꝑrectio:in quoꝝ mentibus ꝑſeuerat fides et dilectio O dulciſſime ieſu vnice ſalutaris meus : ſcribe benedictū nomē tuū in corde meo:non litera/ſed ſpiritu vt ibi ſit et maneat ineternum tam fortiter impreſſum : q̄ nulla proſpera vel aduerſa a tua me mutent dilectiōe Eſto tu mihi turris fortitudinis:a facie inimici:conſolator in tribulatione:cōſiliator in dubijs:liberator ab anguſtijs:ſubleuator in caſibus:inſtructor in moribus:reuocator ab erroribus:et ad celeſtem patriam per tot tentationum pericula ductor fideliſſimus.

De apparitione Jeſu et deuota ſanctorum Regum oblatione.



Benedico et gratias ago tibi domine Jeſu chri
ſte princeps regū terre: pro tua glorioſa corā
tribus regibus apparitione. Cū em̄ natus eſ-
ſes in bethleem Jude: nō tardaſti maieſtatē tuā hoībus
remote natiōis reuelare: quibus et ſancte pauptatis tue
oſtendiſti aſpectū: perducendo eos cū lumīe celeſti ad de
ſpectabile habitatiōis tue domiciliū. O deus magne et
mirabilis: qui cuncta ſolus ordinas: et magna in celo
ſurſum oparis ꝑ exemplo tamē paruitatis intuendo co
ram tot regibus ꝛ nobilibus non erubuiſti paup et in-
cultus apparere. Nam neqꝫ locum neqꝫ habitum pro

nobis aſſumptum in ſplendidiorē ſpeciem mutaſti: ſed eodē in loco et habitu ſimili cōmanens: paſtoribus et regibus indifferenter demonſtraſti te. Laudo ineffabilem clementiā tuam ꝑ primicijs gentiū: et vocatione alienigenarum: quos de ꝑtibus orientis ad fidei lumen ſecreta inſpiratiōe traxiſti. Non ſunt inuenti in iſrahel ex principibus eius: qui cū tanta gloria et fide ad requirendum natiuitatis tue locū ꝑperarent: vti iſti alienigene: quorum fides clarior et deuotio feruentior eſt inuenta. Glorifico te ꝑ admirabili illuminatiōe gentiū: q in obſcuris cordibus orientaliū: tam glorioſe illuxiſti: vt ſignū ſibi celitus oſtenſum: p tāta terrarum ſpacia indubitabili fide ſequerentur. Adoro te venerabiliter cū ſctis magis eorum adherendo veſtigijs: cupiens tria illa ꝓcioſa munera: que magna in ſe continent myſteria deuoto effectu tibi offerre. Siquidē illi procidentes: obtulerūt aurū in ſignū regie dignitatis. Thus aūt in veneratione diuine maieſtatis. Myrrā vero in oſtenſionem aſſumpte mortalitatis. Qua ꝓpter pijſſime rex regū dñe: rector ſanctorū ieſu chriſte ſuſcipe oblationē myſticā de manu paupis ſerui tui: quā tibi hodie p interceſſionē ſctorū regū ſupplex repſento. Offero tibi primo fidem rectā: ſpem firmam: charitatēq; puram: ſine fine cuſtodiendā. Credo te eſſe regem celi et terre: adoro te verum deum: vnicū patris filiū: confiteor te ꝓpter mea ſcelera mortale corpus de maria virgine ſuſcepiſſe. Accipe adhuc et tria alia munera boni odoris ſuauitatem in ſe continentia. En dono tibi qđ a te accepi: omnē ſcȝ ſubſtantiā mundi pro te relinquendo: nec aliquid ꝓprium in hac vita opto poſſidere: ſed cōmuni victu ac ſimplici veſtitu volo cōtentus eſſe: et hec eſt auri ꝓcioſi moralis oblatio. Addo et thu

ris donū:quo deuote orōnis deſignat incenſum ꝓprijs ꝓ pctīs cū ſingultu et lachrymis orando:ꝓ multis bñ=ficijs tibi grās magnas agendo:et ꝓ oībus in neceſſitate cōſtitutis:dolēdo:et hoc eſt odoriferi thuris acceptabil tibi concrematio. Offero etiā myrre ſpēm in memoriā tue amariſſime paſſionis:cupiēs viā trāſire pfectionis p aſperitatē ꝓprie mortificatōis. Quotiēs em̄ ob amorē tui amaritudinē paſſiōis recolo:totiens tibi electe myrre ſpēm offero. Et qñcunqꝫ me ipſum in deſiderijs prauis vinco:et ꝓprie volūtati renuncio:fortiter redolentē myrram in mortariolo cordis confringo:vt dignum tibi holocauſtū exinde ꝑparet. O qꝫ felix forem:ſi myrre faſciculū ieſu meo offerre potens eſſem:oēm videlicet laborem et dolorem tuū:necnō totius paſſiōis tue amaritudinē in vnum recolligendo. Tali em̄ mixtura et myrra et thure/ad emēdationē feruoris:ad agendā penitentiā:ad mortificationē paſſionū:anima fidelis ſolet incitari. Grās tibi ago Jeſu chrē ꝓ ſumma huius diei reuerentia:quē tribus glorioſis decoraſti miraculis. Hodie nanqꝫ ſtella duce tres reges ad tuū duxiſti preſepiū. Hodie a Joanne baptizat⁹ es in Jordane. Hodie ex aqua vinū feciſti ad nuptias:et in his oībus te deum et hoīem euidenter declaraſti. Precor ergo te humilis et māſuete dñe:nē me pmittas herodianis ſeduci fallacijs mūdi ſcꝫ honorib⁹:ac carnis illecebris:ſꝫ meritis ſctōꝝ regū:atqꝫ caſtiſſime mřis tue ꝑcibus pduc me angelico comitāte ꝑſidio: cū bris regib⁹ p viā rectā in regionē celeſtem vbi te ꝑpetua in claritate merear ſpeculari.

De Purificatione beate Marie et Preſentatione Jeſu.



B Benedico ⁊ gratias ago tibi dñe ieſu chꝛe pu-
ritatis auctoꝛ: ꝓ tua humili pꝛeſentatione in
templo dei: vbi cū hoſtijs et muneribꝰ tanq̄
vnꝰ ex Ade filijs oblatꝰ es a parētibꝰ: atqꝫ quinqꝫ ſiclis
argēteis q̄ſi emptitiꝰ aliqs ſeruꝰ redēptus. Bn̄dico
te ſanctiſſime mūdi redemptoꝛ: ꝓ tua hūili obediētia di-
uine legis: quo ſine delictoꝝ debito ꝓ exemplo vere ſub-
iectionis nobis exhibendo: ſubditum te legalibus per
omnia feciſti inſtitutis. Honoꝛifico te pꝛo beatiſſi-
me matris tue humilitate maxima: et ſpontanea ſubie-
ctione et obedientie eius ſub pꝛecepto legis: que cum

eſſet virgo ſancta in partu et poſt partũ:nõ tamẽ recuſa uit purificationis ſuſcipe remediũ. O gratiſſima obla- tio:o ſuauiſſima ſatiſfactio.quia libera quia plena:⁊ ab omni culpa aliena. Sed qd offerã:aut quid retribuã ti bi dño meo ꝓ oĩbus q̃ retribuiſti mihi. O q̃ neceſſaria mihi eſſet purificatio ꝓ pctis abluẽdis:q̃ſi vtilis debita ſatiſfactio ꝓ cõmiſſis:q tã multiplicibus inq̄nat⁹ ſum pctõꝝ ſordib⁹. Ideoq; ad te reſpicio benigniſſime dñe ieſu chr̃e:orãs:vt ꝓ me digneris ſatiſfacere:et tua puriſ ſima oblatiõe cũcta pctã mea abluere:q̃tenus tẽplũ cele ſtis habitaculi merear mundus et purificatus ingredi: et nomẽ ſctm̃ tuũ laudare in ꝑpetuũ. Ora q̄q; ꝓ me tu mr̃ dei alma gl'ioſa v̓go maria:vt dimittanť mihi pctã mea:vt detur mihi ptãs penitẽtie:et firmũ emẽdat iõis ꝓpoſitũ: ad ꝓmerendũ diuine gr̃e auxiliũ:et q̄cq̄d mihi deeſt in regratiãdo:bñficijs dei tu ſupple ꝓ me mr̃ pijſſi ma offerẽdo temetipſam cũ amãtiſſimo filio tuo vultui pr̄ne gl'ie. Excuſet tua virginalis integritas impuritatẽ meã:tã mẽtis q̃ corpis. Tua charitas meã tepiditatẽ accẽdat:tua hũilitas meã ſupbiã inclinet:tua ſpõtanea obediẽtia pũerſam ꝓprie volũtatis mee duriciã ꝯfrin- gat. En offero me ipſm in man⁹ tuas:dilectiq; filij tui: et quicq̄d agere poſſum:erit in ſeruiciũ vr̃m ſp paratũ. Offero par turtuꝝ geminã ſcꝫ ꝯpũctionẽ. p̄mo de pctĩs et negligentijs meis dolendo dehinc ꝓ eternis gaudijs ſuſpirando. Do et libẽs in holocauſtũ dño duos pul- los colũbaꝝ:ſcꝫ ſimplicitatẽ intus ſeruãdo:cupiẽs nul li malũ ꝓ malo reddere:inſup et in bono malũ vincere Qđ mihi p̄ſtare digneris o bone ihu:q ab hũili v̓gine mr̃e hodie in tẽplo p̄ſentatus fuiſti:et a iuſto ⁊ timorato viro Symeone in vlnis charitatis cũ gaudio ſuſcept⁹.



De Perſecutione Jeſu/et fuga eius in Egyptum.

BEnedico et gr̄as ago tibi dn̄e ieſu chr̄e rex re-
gum altiſſime ꝓ tua ꝑſecutiōe et tribulatione
in puerili etate tibi facta: qn̄ a facie impiiſſimi
Herodis regis fugiſti: et tanq̄ʒ exul et peregrinus a ꝓ-
pria patria cōpulſus es exire: et regionē Egypti latēter
intrare: de qua olim filios iſrl' in manu potēti eduxiſti.
Laudo et glīfico te ꝓ laborioſa via illa ⁊ lōga ꝑegrina-
tiōe: quā in t̄ra aliena ꝑtuliſti: habitās ſeptē annoꝝ ſpa
cio int̄ babaras natiōes et hoīes tibi valde diſſiles. O
q̄ ſeua impietas: authorē vite velle occidere: et regē celi
de ꝓpria patria velle exturbare. O quāte lachryme flue-
rēt: ſi q̄s tā chaꝝ et pulchrū puerulū cū elegātiſſime for
me v̄gine mr̄e: in ſecrete noctis vmbraculo fugere: et exi
re in terrā: quā nō nouerāt ↄſpexiſſet. Vere ſingularis
patiētie eſt iſte ꝑſecutiōis articulus: et docet oēs chr̄ifide
les m̄ltas debere eos ꝑſecutiōes ab impiis pati. Laudo
⁊ honorifico te dn̄e ih̄u chr̄e ꝓ btō illo reditu ex Egipto
ꝓ iterata illa remeatiōe in patriā tuā ꝓ ſociali inhabita
tiōe cū parētibꝰ tuis in ciuitate Nazareth: vbi cū ami-
cis et ꝓpinq̄s innocenter ↄuerſatꝰ es: ſʒ pauperē vitā cū
mr̄e ⁊ ſctō ioſeph dulci ↄſortio duxiſti. Cōcede mihi nūc
amāde ih̄u: vel ī tātillo hūc patiētie paſſim imitari: nō
murmurare aduerſus iniurias illatas: ſʒ h̄uiliter cede-
re hoī irato: ſuſtinere ſi q̄s irriſerit aut detraxerit: aut in
aliq̄ mihi moleſtꝰ fuerit: atqʒ ꝓ ſalute eiꝰ feruēter intercede
re: nec hoī indignari: ſʒ antiquo ſerpēti q̄ ipm̄ tentauerit
totū potiꝰ imputare. Da mihi pacē ſuare cū fr̄ibus me-
is libēter obſequi illis: patiēterqʒ ferre cū ipis quācūqʒ
penuriam in temporalibus ad tui nomīs laudem.



De ſanctis Innocentibus ab Herode pro nomine Jeſu occiſis.

B Enedico et grās ago tibi dn̄e Jhu chr̄e: ſpes pupilloꝝ: gloria humiliū ⁊ corona ſctōꝝ oīm ꝓ innocēti occiſiōe tot miliū pueroꝝ ꝓ tui nominis cauſa trucidatoꝝ. Laudo et glorifico te ꝓ primitijs martyrū: quos ſine crimine paſſos ab hoc ſeculo: mūdo corde: et corpore abire feciſti: donans et illis martyrij meritum. qui necdum rationis habebant vſum. Adoro equitatem tuorum iudicioꝝ. in omnibus etiā

opibus tuis mirabilem: qui humiles et innocentes eter
na gloria exaltaſti: ſupbū vero Herodē cū ſibi conſenti
entibꝰ/ꝑpetua ꝯfuſiōe in inferno dimerſiſti. Supplico
obnixe pietati tue innocentiſſime Jeſu: doce me paruu-
lorū innocentiā: humilitatē ſectari: corde ⁊ moribus. vt
omī amaritudine et elatione poſtpoſita: de cetero mitior
purior: humilior: patientior: ⁊ alacrior inter conſodales
meos inueniar. Nec vlla mollicies carnis mee inquinet:
ſed perfecta viciorꝝ mortificatio ab omī noxa cuſtodiat.

De Inuentione Jeſu in templo.

Benedico et gratias ago tibi dñe Jeſu chriſte:
magiſter humilitatis et eterne veritatis do-
ctor altiſſime: pro ſtupende humilitatis tue ex
emplo et latentis in te ſapientie luce hoībus monſtrata:
dum feſtiuitatis gratia hieroſolimā cū parentibꝰ aſcē-
diſti: offerens deo patri ꝓ nobis vota laudis et precum
ſanctarū: atq; in medio doctorꝝ puer duodenis ſediſti:
humiliter illos audiens et prudenter interrogans/oīm
aſpicientiū in te oculos ꝯuertiſti. Laudo et ſuperexalto
te deuotione p̄cipua: ꝓ reuerentiali obedientia tua: quā
parētibus diu ſolicite te querentibꝰ et inuenientibus ex
hibuiſti: dū illorꝝ imperio tu imperator celorū humiliter
ſubditus extitiſti: et ꝓprie voluntati ſtatim renunciaſti
Cumq; verbū ad ſe dictū non caperent: cū ipſis pariter
de Hierl'm in Nazareth: vt optime parentis obedien-
tiſſimus filius deſcendiſti. O dulciſſime Jeſu puer amā
tiſſime omīs ſanctitatis ac virtutis ſpeculum: doce me
ꝓprie voluntatis frangere peruerſitatem libenter acquie
ſcere ꝯſilio ſeniorꝝ deuote viſitare dei templū: attente au



dire pꝛedicare ſermonem tuū:doctoꝛes eccleſie venerari ſupioꝛibus libēter obedire:et in pfecta ſubiectiōe oībus diebus vite me tibi letanter ſeruire.

De ſancta et occulta vita humilis Jeſu.

Benedico et grās ago tibi dñe Jeſu chrē p excellentiſſima ſanctitate cōuerſatiōis tue: quā parētibus in Nazareth diu ſecrete duxiſti ab anno duodecimo: vſq; ad triceſimū etatis tue annum: cū eiſdem in magna pauptate:hūilitate et ſubiectiōe victitando. Laudo et exalto te ingenti coꝛdis affectu p hūilima tua latitatiōe inter hoīes et cōciues tuos: q te fabꝛi filiū noīari dignatus es pariter et putari:nec aliqd diuitatis ſignū ad tuā deitatē cognoſcendā publice oſtē diſti. O humilitas chꝛiſti:quantū cōfundis ſupbiā vanitatis mee:et q lucido exēplo me admones:fugare apparentiā humanā:declinare turbas ſeculariū:eligere occulte viuere:optare ſoli deo innoteſcere:curā ppꝛie ſalutis p oībus agere:nec ad hoīm aſpectus edificatōis grā ſubito pcedere:ſ; poti⁹ verbū vite diligēti niſu obſuare donec ad fructificandū celitus fuerit admonitio facta. Adiuua dulcis ieſu bone mgr̄ abſcōdite vite tue foꝛmā: vigilāti coꝛde inſpicere:⁊ meip̄ſū tibi interius dedicare abiectionē et abſconſionē ſp diligere:et mūdi reb⁹ totaliter ſilere:q̄ tua ſunt et diuina ſūmo deſiderio amplecti: ⁊ intra coꝛdis ſecretariū ꝯuerſatōis tue claudere libꝛū.

De baptiſmate Jeſu et noſtra ſanctificatione in aquis.



B Enedico: et grãs ago tibi dñe Jeſu chr̄e fons
bonitatis ⁊ origo virtutũ ꝑ humili ſuſceptio
ne ſacri baptiſmatis: ꝑ impletiõe oĩs iuſticie:
ꝑ ſpontanea ſubmiſſiõe ſub p̄curſoris tui manib⁹ a q̄
in Jordane dignat⁹ es baptizari: ꝯſecrãs nob baptiſmi
fluenta. In q̄ cũctis baptizandis: paruis videlicꝫ et ma-
gnis exemplũ tribuiſti: quaten⁹ ſalutifere regeneratiõis
hũiliter ſuſcipiãt ſacr̄m: ſi celeſtis regni voluerit intra-
re manſionẽ. Nos q̄dẽ in tuo baptiſmate abluti ſum⁹
nobis ꝓfuit illa ſctĩficatio: nõ tibi qui labẽ pcti nullam
habuiſti. Laudo et honorifico te o ſummũ venerãdũqꝫ

caput angelicis etiã ſpiritibus tremendũ: ꝑ tua humili ma inclinatiõe: deſcenſione et humectatiõe in Iordane / ꝑ pctis noſtris abluendis. Benedico et glorifico te ꝑ reuelatiõe celeſtiũ ſecretorũ: pro ſumme trinitatis pre ſentia / manifeſte oſtenſa: ꝑ eterne vite introitu patefa cto: ꝑ beati pcurſoris tui Ioannis baptiſte mirifica il luminatiõe humilima reſponſiõe et ꝓmpta eius obedie tia. O ihu rex altiſſime / quantũ te hodie ꝑ me viliſſimo pctõre inclinaſti. Reſpice in me ⁊ miſere oĩm pctõrũ me orum: que varijs modis contraxi / apte et occulte: peto a te baptizari in ſpũ et igne. In multis eñ tuam offendi pietatẽ. Amplius laua me dñe ab iniqtate mea: et a pec cato meo mũnda me. Nemo enim mundus a ſorde: nec infans vnius dei ſup terrã: niſi tu ſolus mundus ⁊ mũ dator / ſolus ſctũs ⁊ ſctificator: qui ptãtẽ habes hoĩbus dimittere pctã eoꝝ ſm multitudinẽ miſerationũ tuarũ Obſecro dñe: viuat anima mea ob grãm tui: nec memor ſis iniquitatũ meaꝝ antiquaꝝ: ſed velut aquile renoua iuuentutẽ meã. Dimitte pterita: fac cauere futura ⁊ no uam mihi infunde gratiam ad tue diuinitatis perpetu am gloriam promerendam.

De ieiunio et tentationibus inuictiſſimi Ieſu.

Benedico ⁊ grãs ago tibi dñe ieſu chre ꝑ ſacro ieiunio tuo: qd in deſerto quadraginta dieb⁹ ac noctibus ad dandã nobis abſtinendi nor mã ſolitari⁹ pegiſti: vbi tanq̃ heremita cũ beſtijs eras / ſine hoĩm ſolatio: ſed angelico nullatenus deſtitut⁹ con ſortio: religioſis oĩbus magnũ in hoc facto abſtracte vi te exemplũ cõmendando. Laudo et honorifico te Ieſu



chriſte:cibus angelorū:ꝛ hominū refectio: ꝓ lōgo famis cruciatu: ꝓ mira abſtinētia et dura ſanctiſſimi corporis tui caſtigatiōe:pro multis ꝓlixis vigilijs: ꝓ ſanctis orationibus et puriſſimis meditationib⁹ in vaſta ſolitudine fideliter ꝯſumatis. Laudo et ſuperalto te in euum ꝓ forti certamine ꝯtra dyabolū: ꝓ multiplici vexatione tentatoris nequiſſimi: ꝓ ꝯtemptu oīm iniquarū ſuggeſtionū: ꝓ prudenti reſponſione ſcripturarū ad eius obiecta:pro glorioſa victoria triū principaliū viciorū ad ꝑpetuā Sathane ꝯfuſionē:ꝛ ad noſtre infirmitatis roborationē ſalubriter ꝑpetratis Laudo et adoro te reuerenter flexis genib⁹ cū angelis ſctīs/digno honore tibi miniſtrantibus/petēs alimoniā vite:ſubſidiū grē:confortationē in tribulatiōe: fortitudinē in tentatiōe: ꝓtectionē ab inſidijs inimici: q̄diu dego in deſto hui⁹ ſeculi. Credo et ꝯfiteor. quia tu es chriſtus filius dei:deus et dn̄s angelorū: creator generis humani/ac redemptor in noſtre carnis infirmitate ꝑ om̄ia ꝓbatus et tentatus: vt miſericors fieres:et nobis cōpatiendo a pctōꝝ languoribus nos ſanares. O pie ieſu athleta fortiſſime: qui tam ſtrenue ꝓ me ieiunaſti:tā fortiter dimicaſti et viciſti. da mihi ꝯtra mundū:carnē:et dyabolū viriliter certare: et oēm impetū tentatiōis immobili corde repellere. Mitte in ſolatiū exilij mei ſctōs angelos tuos/miniſtros lucis ꝛ pacis vt me ſepius viſitent:fideliter cuſtodiant:potenter adiuuent:benigne ꝯſolent:copioſius benedicant. Et ſanū ac ſaluū ad te dn̄m meū ieſum chrm poſt huius vite terminū felici iocunditate ꝑducant. Amen.

De ſancta Predicatione: et ſalutari doctrina Jeſu.

Benedico et grãs ago tibi dñe ieſu chriſte: paſtor bone et cuſtos oviũ tuarũ fideliſſime: ꝓ charitatiua ſolicitudine: ꝓ aīaꝝ ſalute: et ꝓ ardenti deſiderio euãgelizandi verbũ dei in populo: qui poſt exitum tuũ de deſerto veniſti regnũ celorũ ꝑdicare: ac tuba ſalutari ꝑ totã Judeã intonuiſti: vt oẽs penitentiam agerent: vitã mũdi ꝯtemnerent: et celeſtia bona requirere feſtinarent. Eia dulciſſime Jeſu: ꝙ diligenti cura circuiſti vicos et plateas: opida et caſtella: vt pctõres ꝯuerteres: cõtritos corde ſanares: ac vere penitẽtibus indulgentiã conferres. Laudo et glorifico te ex totis ꝑcordijs meis: ꝓ melliflua doctrina tua: ac feruida ꝑdicatiõe ꝑ totam Galileã atqꝫ Judeã diffuſa: necnõ ꝓ inclyta fama tua ad exteras natiões longe lateqꝫ diuulgata: benedicta ſctã labia tua linguaqꝫ gratiſſima: quibus totius celeſtis vite dulcedinẽ expreſſiſti: et eterne veritatis ſentẽtias inſinuaſti: atqꝫ toti mundo verũ et admirabile lumen (qđ tuipſe es) patenti voce annunciaſti. Rogo te amantiſſime Jeſu: magiſtrorũ optime: confer mihi ſalutaris doctrine tue fluenta: ſitibundo haurire pectore: diligenter aīaduertere: prudẽter intelligere: ſuauiter degu ſtare: et oĩa exercitia mea ſm ſacra dicta oris tui debite formare. quia nuſꝙ tam ꝓmpte et lucide ꝑfectionis viã inuenio: ſicut in ſanctiſſimi euangelij clariſſimo ſpeculo ad legendũ mihi et cũctis patefacto. Jn te dñe fons eterne ſapientie: lumen vite: ac totius ſuauitatis plenitudo exuberat et ꝑſeuerat. Jnclina ergo cor meũ in teſtimõia tua. Aperi aurẽ meã in v̾ba oris tui. Auerte oculos meos ne videãt vanitatẽ. Jn via vite tue viuifica me. Licꝫ eñ ſimplex/etiã facilis appareat euangelicus ſtilus. Eſt tamen ꝓfundus et altus: plenuſqꝫ myſterijs celeſtibus: ad quẽ capienda/totus mundus non ſufficit.

C iij



De glorioſis ſignis et beniuolentia Jeſu.

BEnedico et gr̄as ago tibi dn̄e ieſu chr̄e virtus dei et ſapiētia patris: ꝑ tuis glorioſis ſignis et eximijs miraculoꝝ ꝓdigijs: quib⁹ mundū magnifice illuſtraſti: et mentes infideliū ad credendū tibi inuitaſti: faciens plane aptis teſtimonijs et radiantibus ſignis intelligi: qꝛ tu es chr̄us filius dei viui: qui in hūc mundū ꝑ redemptiōe hoim aduenisti. Laudo et honorifico te ꝑ immenſa charitate tua: ꝙ ita largū ꝛ beniuolū cunctis populis te exhibuiſti: vt tā pauperes ꝙ̄ debiles: etiā ꝛ viliſſimi pctōres ad te accedere auderent: eiſq; affandi et tangendi te/liberā tribueres facultatem Benedicti oculi tui ſole lucidiores: quos miſericorditer ſup turbas ad te venientes ſubleuaſti: quib⁹ tanta pieta te cōpaſſus es: vt abſq; refectione nequaꝙ̄ abire in domos ſuas ſineres. Sed de paucis panib⁹ et modicis piſciculis multa milia hoim ſemel et iterū magno patrato miraculo ſupabundāter ſatiaſti. Benedicte manus tue venerabiles: quas ſup varios egros alacriter extendiſti ac tactu tui ſacratiſſimi corpis oēm infirmitatē et languorem celeriter effugaſti. Benedicti pedes tui ſpecioſiſſimi ſepi⁹ ꝑ aīaꝝ ſalute fatigati: et puluere ſordidati: quibus per terrā huc illucq; ambulaſti: verbū vite vbertim ſeminando: nūc in mōtibus: nūc in loco campeſtri apte docendo: qui etiā in teſtimoniū ſacre doctrine tue miracula crebra opatus es: paraliticos erigendo: cecos illuminando: leproſos mundando: demones eijciendo: et mortuos deifice ſuſcitando. O inclyte ieſu: lux mundi: et ſalus popl'i iſrael/vita/virtus/et gl'ia nr̄a: reſpice ꝓpici⁹ infirmitatē meā: et de corde meo oēm expelle paſſionem

Illumina oculos meos interiores:vt videam lumẽ celi
Aperi aures intelligẽtie mee:vt audiam quid loquaris
in me deus meus.Erige me de grabato accidie:vt ambu
lem de virtute in virtutẽ. Rectos fac pedes meos in mã
datis tuis:et aridas manus meas robora ad diligenti
am laboris. Mũda me a lepra carnis:ſana me ab ira fu-
roris:deprime tumorẽ ſuꝑbie:eripe me ab inuidie ſtimu
lo:defende ab ingluuie ventris:repelle peſtẽ auaricie:cõ
tere motus laſciuie. Hec ſunt eñ grauiſſime paſſiones
egrotantis anime:⁊ occulte agitatiões demonũ/a te dñe
ieſu ſanãde:et in ṽbo virtutis tue expellẽde. Nemo põt
hec ſpũalia vulnera curare:et interiora ſanctitatis ſigna
oꝑari:niſi tu ſolus deus omĩpotens:qui dicis:⁊ ſtatim
fiunt:precipis:et ſine mora adimplet verbũ tuum. Dic
ergo anie mee. Mundare/et mundabit. Dic ſpiritui im
mundo:qui me ſepius tentat:exi ab homine:et ne ampli
us introeas in eũ. Dic anie mee: in oĩ tribulatiõe ſalus
tua ego ſum:noli timere. Dic tñ vnicũ verbum:et ſana
bitur anima mea.

De exemplis:boniſq3 moribus et de tribulationibus eius in mundo.

Benedico et gratias ago tibi dñe ieſu chr̃e:exem
plar ſanctitatis:forma morũ: flos virtutis:
odor vite:laus patientie:pro oĩbus ṽtutibus
tuis et ſuauiſſimis morib⁹: ꝓ ſingulari manſuetudine ⁊
optimis exemplis corã diſcipulis tuis et omĩ pplo iſrl'
palam exhibitis:quib⁹ corda ſimpliciũ ad dilectionẽ tu
am dulciter inuitaſti. Sed et dura petõꝝ pectora p affa-
bilitatẽ oris tui ad penitentiã cõmouiſti:doctis etiã edi
ficatiõis exemplũ in omĩ actu tuo et doctrina prebuiſti.
Laudo et glorifico te ꝓ vniuerſis incõmodis et neceſſi-

tatibus tui corpis in mūdo ꝑpeſſis: quas ꝑ mortalib⁹ vermiculis hō mortalis effectus/ab ipſo natiuitatis or tu vſqȝ ad crucis patibulū ſubire dignatus es: ſepius fa mem ac ſitim: frigora et calores: laborem et feſſitudineȝ: triſticiā ⁊ pauorē cū oīni manſuetudie cordis tolerādo. Laudo et honorifico te ꝑ multis et grauibus ꝑſecutiōi bus: ꝑ malignis inſidijs ⁊ indignis blaſphemijs: a ſcri bis et phariſeis tibi frequenter illatis: necnō ꝑ magna ingratitudine et inuidia detractiōe tibi reddita: ꝑ tā in numeris beneficijs et inclytis ſignis in populo glorioſe peractis. Laudo et ſuperalto te ꝑ immenſa charitate tua ad oīm boīm ꝯuerſionē et ſalutē: pro crebris et lon gis ꝑnoctationibus in oratiōe deductis: ꝑ gemitibus ⁊ lachrymis ex ꝯpaſſiōe effuſis: ꝑ gaudio et ꝯgratulatiōe: oīm pioꝝ ad fidem ꝯuerſorū: ꝑ magnifica grāꝝ actiōe: et interna mentis eleuatiōe: de tot mirabilibus opibus tuis in laudē et gl̄iaȝ pr̄is tui celeſtis digne ꝯſummatis O ſumme venerande ieſu clariſſimū mundi ſpeculū: tri bue mihi paupi ſuo tuo valde male adhuc morigerato: honeſtiſſimos ac ſuauiſſimos mores tuos pia ꝯſidera tione inſpicere: et oēs actus meos geſtuſqȝ ſm normam vite tue formare: vt diſcā mitis eſſe et humilis corde: vt ſim ſobri⁹ in victu: ſimplex in veſtitu: pudicus viſu: ma turus inceſſu: quietus mente: tacitus ore: ꝓuidus actiōe intus ac foris cuſtoditus: vigil in orōne: deuotus in me ditatiōe: diligens ad laborē: patiēs ad correptionē: ꝓm ptus ad obediētiam: tractabilis ad omē bonū: nō tar dus: nō negligēs: nō triſtis: nō turbulēt⁹: nō vagus: nō clamoroſus: ſed pius: ſerenus: iocundus ac modeſtus.

De feſto Palmarum: et humili equitatu Jeſu in Hieruſalem.



BEnedico et grās ago tibi dn̄e ieſu chr̄e clemēs ſaluator mundi: ac miſericors redēptor generis humani: ꝓ tue ſtupende humilitatis declaratione: ⁊ ineffabilis pietatis magnitudine: quā hodierna die dignatus es exhibere: cū ſupra dorſum aſelli nudis pedibus aſcendiſti: et cū multa turma ac laudibꝰ puerorū ſanctā ciuitatem Hierl'm introiſti. Laudo et glorifico te inclyte ieſu fili dauid ꝓ ſolenni reuerētia a populo iſrael tibi hodie impenſa: a quo rex et ꝓpheta magnus agnitꝰ es: et altiſſimis vocibꝰ p̄dicatus. Laudo ⁊ honorifico te ꝑ mira dilectiōe tua ⁊ inuicta mãſuetudīe: ꝙ ad illos homicidas voluiſti lenis ⁊ ſpontaneus venire: a quibus te noueras in breui occidendū: ꝓ quorꝫ peccatis et malicijs vberes fudiſti lachrymas: p̄dicēs ipſis quãta mala futura ſequerent̄ poſt gaudia pn̄tia. Laudo et glorifico te: ꝓ feruido zelo tuo ꝯtra delinquētes: ꝙ ſtatim ingreſſus es templū: et vendentes et ementes de domo patris tui expuliſti: eo ꝙ domū orōnis ſpeluncā feciſſent latronū. Et ſicut iniuſtis: auaris: et ſuarꝫ aīarū venditoribus / ſeuerus apparuiſti: ſic iterū valde pius et miſericors egenis et debilibus extitiſti: verbū doctrine ac opem curatiōis gratioſe multis largiendo. O inenarrabilis virtus chr̄i. O ſumma pietas filij dei. Quis loquetur potētias tuas dn̄e: et auditas faciet oēs laudes tuas Memento mei ieſu in bn̄placito tuo: viſita me in ſalutari tuo. Veni dilecte ieſu: et ꝑduc me in ſanctā ciuitatē Jeruſalē. nō q̄ occidit ꝓphetas: ꝫ que ꝯſtruit̄ in celis: vbi ſumma ciuiū ſupnorꝫ vnitas. Aſcende ſup pullū aſine: om̄es leues et lubricos motus carnis mee domando cõtinentie freno. Bonū eſt mihi portare dn̄m meū: et ſubditum eſſe legi tue: nec recalcitrare p̄cepto obedientie: ꝫ cū patiētia et manſuetudine onus impoſitū ſupportare

Nonne bñ om̄ia fecit:qui ſurdos fecit audire:et mutos
loqui. Nõne multis eximijs ſignis ac melliſluis doctri
nis ſuis totam patriã veſtrã illuſtrauit:et pro inimicis

ſuis etiam orauit. Quid mali ꝑ his meruit. Quare red-
ditis malū ꝑ bono: et odiū ꝑ dilectione. Flere vos ma-
gis deceret de tanti ſceleris piaculo: q̄ ridere corā cruci-
fixo. Sed proh dolor / nō aduertitis neq; curatis. Non
eſt certe compaſſio neq; contritio: neq; beneficiorū re-
cordatio in obſtinatis mentibus: ſed ſemꝑ ad deteriora
vergit furor dyabolicus: acriores ſtimulos parās et in
ſultus. Cum em̄ amplius nequirent gladijs et fuſtibus
ꝑſequi: ceperunt acrioribus linguarū telis inſectari. Si
militer aūt et milites totius malicie executores: ſeculari
honore tumidi: ac diuine legis ignari: principū fauore et
hortatu deprauati: accedentes ꝓpius illudebant: ac ace-
tum offerentes dicebāt. Si tu es rex iudeorū: ſaluum te
fac. O ſtolidi milites / actibus moribuſq; degeneres / q̄s
vos docuit ſic militare: vt aduerſus deū pugnetis. Nō
eſt hoc opus nobiliū virorū piū ꝑſequi: pauperē ſpolia
re: ſpoliatum nudum relinquere: veſtimenta diſcindere:
crucifixo illudere: morituro deo acetum ꝓpinare: quod
bibere horret om̄is hō. Veruntamē chriſto nocere non
valetis. vincit em̄ ſapiētia maliciā: et patiētia ieſu iniu-
rijs nō fatigat̄. Idipſum aūt et latro a ſiniſtris poſitus
et in nequicia obſtinatus exprobrans dicebat. Si tu es
chriſtus: ſaluū te fac et nos. Heu miſer decidit in ꝯtem-
ptū et ꝓfundū malorū: et qui veniā de ꝑpetratis poſtu
lare debuerat: tibi datori venie nequiter inſultabat. Ideo
infelix deſperās obijt: et peſſime perijt. Laudo ⁊ glo-
rifico te ꝑ tua inſeꝑabili ꝯſtantia in cruce aſſumpta: de
qua ꝓpter nulla opprobria: nec vlla blanda ꝓmiſſa cō-
ſenſiſti deſcendere: vt illā ad breue momētum deſereres
quā ſemel vltroneus aſcendiſti. Etem̄ locū tuū quē pie
tatis amore aſſumpſiſti ad ꝑmanendū ibi et commoriē-
dum vſq; in finē firmiter tenuiſti: atq; opus ſalubriter

inchoatum laudabiliori fine cōſummare voluiſti. Qui alios pſeuerantiā boni operis ſeruare docuiſti. Tuipſe prior obedientie pfeſſionē in cruce feciſti: quā oībus te ſequētibus conſtanter ſeruandā pprio firmaſti exēplo.

Accede nūc ad arborē crucifixi: mundi ptemptor: ſctē crucis amator: ac religionis pfeſſor: ſis virilis & pſtās in ſancto pposito: chriſti opus eſt & tue ſalutis conſummatio: in ordine ſtare: ſub obedientia viuere: et in diſciplina pſeuerare Nemo ergo te reuocet a ſtatu religiōis de via pfectiōis: a ſtudio deuote pueſatiōis: a voto pfeſſionis. Memento apoſtolici ſermonis. q2 chriſtus factus eſt p nobis obediens vſq3 ad mortē: mortē autem crucis. Quicqd igit̄ pmittit mundus: quicqd caro blā ditur: quantūlibet acriter tentat dyabolus: quantumue diſſuadēt amici: aut deridēt ſeculares: nō aduertas: noli curare: ſed deſpice totū. Sta fixus in chr̄o: reſpice ſurſum: attolle oculos in crucifixum: amplis brachijs te inuitantem / et p breui labore eterna premia pollicentem Si (inquit) conpateris: conregnabis: et ſi cōmortuus fueris: et pglorificaberis. O conſtantiſſime et fortiſſime athleta ieſu chriſte: ardentiſſime amator et pſecrator ſancte crucis: da mihi in aſſumpta religione pſeueranti voluntate tibi famulari: nec vllo tedio laboris a feruore pie emulatiōis laſſari: ſed ſemp ad anteriora me extendere: et pſtanti aīo tentatiōes carnis et ſpūales impugnationes refutare: oēm patientiā in aduerſis exhibere: hominū vituperia nō timere: nec laudes affectare a pn̄tib9 oculos mentis auertere: in te vnico ſalutari meo totale refugiū querere: nec p aliquo charo vel diſpliato a btō crucis amplexu retroire: ſed ſub eiuſdē ptectione vexillo atq3 ſignaculo vitam meam felici exitu p obedientiam terminare. Amen.

De verbo ad latronem in Cruce dicto.

BEnedico/et gratias ago tibi domine ieſu chri⸗ſte: ſummum ac ſingulare ſolamen peccatorum: pro tua immenſa pietate et ſuperhabun⸗danti miſericordia: quã ſceleratiſſimo olim latroni a dextris tuis in cruce pendenti: ſed iam ſero conuerſo: et toto corde penitenti exhibere dignatus es. Statim namq; vt reatum ſuum agnouit: et de peractis malis vere penituit: omniũ peccatorum ſuorum remiſſionem: et paradiſi introitum fida oris tui promiſſione perce⸗pit nulla quippe ſera et infructuoſa eſt penitentia: vbi vera eſt contritio et integra conuerſio. O beata et ſa⸗lubris conuerſio et contritio peccatorum: qua tam cito meretur quis obtinere regnum celorum. Iſte penitens latro et beatus iam confeſſor: q̃uis grauiter et multo tempore deliquiſſet: tamen in fine ⁊ in neceſſitate vlti⸗ma poſitus ad cor rediјt: et perfecte de omnibus com⸗miſſis dolens: veniam humiliter petiјt: et largam indul gentiam obtinuit. Agnouit nanq; propriam culpam: qui ſe iuſta animaduerſione fatetur morti addictum. Habuit iuſticie zelum: qui de prauitate blaſphemie vi⸗cinum ſibi redarguit conſortem. Oſtendit compaſſio⸗nis affectum: cum chriſtum ab omni noxa liberum ſine culpa conqueritur crucifixum. Magnam fidem habuit: qui de miſericordia chriſti non deſperauit: ſed ſui remi⸗niſci in regno dei poſtulauit. His ergo virtutum

donis redundās: confidenter ad te domine ieſu tanq̄
ad pium animarum paſtorem verumq; ſacerdotem et
fideliſſimum confeſſorem: totius vite ſue ſeriem clariſſi-
me cognoſcentem: ait. Domine memento mei dum ve-
neris in regnum tuum. Cui tu rurſus: O benigniſſime
Jeſu: dulciſſimum atq; ſolacioſiſſimum verbum re-
ſpondiſti. Amen dico tibi: Hodie mecum eris in para-
diſo. O vere dulcis et nimis amabile verbum ex ore dei
ſuauiter procedens: ſed in aure contriti peccatoris in
agone conſtituti ſuauius inſonans: et cor anxiatum pa-
uidumq; in tali hora validiſſime confortans. O q̄ ſe-
cure iam mori poteſt: cui tale promiſſum audire dona-
tum eſt. Non enim in die mala timebit: quem domi-
nus ieſus in ſua defenſione ſuſcepit. datum eſt huic la-
troni confitenti: quod negatum eſt Petro deprecanti.
Petrus cupiebat in monte contemplationis commo-
rari: ſed nequibat impetrare. Volebat etiam ante ho-
ram paſſionis ad omnia ſequi: ſed dictum eſt ei. Non
potes me modo ſequi ſequeris autem poſtea. Petrus
ad apoſtolatum prior vocatus eſt: ſed latro iſte prior eo
ad regnum introductus. O q̄ mirabilia ſunt opera tua
domine: nimis profunde facte ſunt cogitationes tue.
O q̄ inſcrutabilia ſunt iudicia tua: et q̄ inenarrabilia
verba oris tui. Vir inſipiens non cognoſcet et ſtultus
non intelliget hec. O q̄ felicem horam iſte latrocina-
tor inuenit: qui tecum pati: tecum mori: tecum perge-
re ad regnum tuum meruit. De quo non inuenio quid
boni prius in om̄i vita ſua vnq̄ fecerit diis ac hoibus:

ſed hoc certũ comperi: ꝙ inſtante fine oĩa forefacta ſua humili ꝯfeſſione purgauit. Igit̃ maxime miſc̃oie fuit: ꝙ tam facinoroſus: tã cito veniã adeptus eſt: q̃ cito orõnẽ ſuã ad te ſupplici affectu effudit. Dñe (inquit) memẽto mei dũ veneris in regnũ tuũ. Et tu miſericors et miſerator dñe mox de cruce exaudiſti compunctũ corde: conſolans aĩam ꝯfitẽtis hac benigniſſima reſponſiõe. Amen dico tibi: hodie mecũ eris in paradiſo. O q̃ cõſolatiuũ mihi eſt et ſalubre: hui⁹ latronis exitũ: et tuũ dulciſſimũ reſponſum: intenta ꝯſideratiõe penſare: nõ vt ſecurius peccem: aut emendationẽ meã longius differam: ſed ne ſubita infirmitate preuentus deſperem: cũ tam ſceleſtum viꝛ ita repente audiã in melius mutatũ: ac tua miſerãti gr̃a: ꝑpetuo eſſe ſaluatum: paradiſoq; reſtitutũ. Tribularer ſiquidẽ valde ꝓpter pctã mea plurima ſi neſcirem miſc̃oias tuas dñe: ſi exempla penitentiũ a te benigniſſime receptorũ nõ audiſſem. Tu em̃ dixiſti ꝑ ꝓphetam. Nolo mortẽ peccatoris: ſed vt magis ꝯuertatur et viuat. Et itẽ ꝑ temetipſum. Sic deus dilexit mundũ: vt vnigenitũ ſuũ daret: vt oĩs qui credit in ip̃m nõ pereat ſed habeat vitam eternã. Et iterũ. Nõ veni vocare iuſtos: ſed pctõres. Tu Marie magdalene flenti ad pedes tuos vberrime oĩa pctã dimiſiſti ſine mora. Tu Petrũ poſt trine negatiõis lapſum amariſſime lachrymantem ad gr̃am denuo recepiſti. Tu varijs languoribus cõprehenſos ope miſericordie tue ſanaſti: et grauiorib⁹ pctĩs inuolutos largiori pietatis munere liberaſti. Sicut euidenter de adultera apparet: quã de accuſatorũ manibus ne lapidaret̃ eripuiſti. O benigniſſime ieſu miſc̃oia mea et refugiũ meũ: ſuſceptor meus et liberator meus de inimicis meis iracundis. Eſto mihi ꝓpicius: et ne perdas cũ impijs animã meam: pro cuius redemptione crucis

patibulum voluiſti ſubire. Memẽto verbi ſancti tui qđ latroni dixiſti: in quo/et mihi ſpem ſolidiſſimã reliqſti Dic ergo anie mee ſaluator vite mee: cũ appropinquauerit tempus reſolutionis mee. Hodie mecũ eris in paradiſo. Quid letius audiri poteſt: quid dulcius/moriens pcipere valet: q̃ tali letificari reſponſo: hodie mecũ eris in paradiſo. Memẽto mei dñe in regno tuo/nec derelinquas me in tremendo mortis articulo: cũ defecerit virtus mea: et vox obmutuerit: cum oculi caligare ceperint: et auditus obſurduerit. Tunc ſuccurre mihi ieſu bone et pmitte ſanctos angelos tuos ad conſolandum me in agone: vt nõ pualeat aduerſum me hoſtis malign9: inſidians hore vltime: qui etiam auſus eſt aliqd in te querere qđ ſuum foret: ſed nihil inueniens: totus a te cõfuſus abſceſſit. Sic ↄfundãtur qui querunt aĩam meã rapere: auertant̃ retrorſum et erubeſcant valde velociter. Anĩa aũt mea letet̃ in te: et exultet ſup ſalutare tuũ dñe: ruminans dulce verbũ tuũ: quod ſecunda iam vice in cruce ↄtuliſti. Amẽ dico tibi: hodie mecũ eris in paradiſo. Hoc crebro in ore: crebrius autẽ verſetur in corde: quod eo dulcius ſapit. quia dictũ a te in cruce fuit. Habent enim gratiorem dulcedinẽ: et efficaciã ampliorem: verba ex ore crucifixi domini mei prolata. Idcirco attentius penſanda ſunt: auidiuſq3 ruminanda. Vtinam ſic merear viuere: vtinam et ſic ſtudeam domino meo ſeruire: vt in hora exitus mei de corpore dignus fiam dulciſſimum verbũ celitus audire. Hodie mecũ eris in paradiſo. O ſi et illud eque letiſſimũ verbum dicas ad ſeruulum tuum. Euge ſerue bone: et in modico fidelis: intra in gaudiũ domini tui. Tunc em̃ nihil melius ⁊ iocũdius eſſet: q̃ bene in vita egiſſe: et tibi fideliter vſq3 ad mortem ſeruiuiſſe.

De inſigni Titulo nominis Jeſu ſuper caput eius poſito.

יְהוֹשֻׁעַ נוֹצְרִי מֶלֶךְ
יְהוּדִים

Ιησοῦς ναζωραῖος ὁ βασιλεὺς
τῶν ἰουδαίων

Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum

Benedico/et gratias ago tibi dñe Jeſu chriſte princeps oīs poteſtatis:et rex vniuerſe creature:pro inſigni titulo ſacri ⁊ benedicti noīs tui ſup verticem capitis tui patenter collocato. Qui tribus famoſiſſimis mundi linguis hebraicis videlicet grecis ⁊ latinis literis a iudice Pylato elegāter eſt inſcript⁹ tali forma et his nominib⁹. Jeſus nazarenus rex iudeorū.

O vere inſignis titulus: nō humana ſolertia adinuent⁹ ſed diuina potius ordinatione ab eterno preuiſus et inſpiratus. Nō ergo aliter potuit nec debuit ſcribere Pylatus: q̄ te inſpirante erat formatus. Unde et in egregijs prophetarū libris inuenitur myſticus huius tituli ſenſus cū verbis ſuis expreſſus. Quod igitur ſacra pagina diu ante predixerat: quod clara quoq3 fama de almifluui noīs tui laude diſperſerat. Hoc preſens gentilis inſtinctu diuīo in tabula breui ad ppetuā crucifixi memoriā literis cōpingit. Jeſus nazarenus rex iudeorū. Hūc ergo titulū cū multi iudeorū legiſſent: inuidia exardeſcēte: nō ferebant pontifices gloriā noīs tui predicari: quā totis viribus moliebant̄ obfuſcare. Et qđ demētius eſt vitam cū noīe extinguere. Ob id itaq3 iudicē Pylatū de tam inſigni titulo redarguunt dicentes. Noli ſcribere rex iudeorū: ſed quia ipſe dixit: rex ſum iudeorū. Timebant ergo confundi: et crudelitatis ſibi flagiciū imputari: q̄ ꝓprium gentis ſue regē crucifixiſſent: et ne longi⁹ hoc ipſum diuulgaretur: titulum permutari petebant: vt nō ipſorū malicia videret̄ ieſus crucifix⁹: ſed potius propter p̄ſumpte dn̄atiōis culpā: q2 regē ſe dicere auſus ſit qui nihil regie dignitatis in ſeculo geſſiſſet. O nequiſſimi iudei: nō ſic eſt vt fingitis: ſed vos eſtis in oībus rei. Vos eſtis interfectores filij dei: nec excuſationē habetis: q̄uis callida arte hoc grande facinus obumbrare queritis. Nā iuſtū ⁊ innocentē ante faciē Pylati negaſtis: et vir homicidā vobis donari petiſtis. Nūc vo ad hoc veniſtis: vt veritatē tituli corrūpatis: et velut inculpabiles appareatis. S3 Pylat⁹ in morte dn̄i vob multo innocētior in ſcribēdo q3 titulū veracior etiā in reſpōdendo veſtre emulationi factus eſt ɔſtantior: et ait Quod ſcripſi ſcripſi. Si vultis legere legatis: ſin autem

dimittatis:ſed me a ſententia ſemel lata nō deducitis. Quod ſcripſi ſcripſi. Nō veſtro conſilio hūc titulū edidi:nec veſtra derogatione mutabo:ſed ita pmanebit vt dictaui. Deus inſpirauit:nō hō. Ideo ratū eſſe volo:et verū predico:nec corrūpi vlla ſuſtineo ſuaſione:ſ omnibus linguis et pplis dignitatē ei⁹ annūcio:et publicari pcipio. Jeſus nazarenus rex iudeorū. O preſes magnanime optime ſcripſiſti. Laudo te:qr tam pulchrū ⁊ ſacrū titulū de Jeſu nazareno confeciſti:et iudeos tam audacter refutaſti:ſed in hoc nō laudo:q in mortē chriſti cōſenſiſti. Nam valde hoc facto deliquiſti. Diſce ⁊ tu deuote ieſu diſcipule verba hui⁹ ſacri tituli ſapiēter aīaduertere:ſtudioſe plegere:reuerēterq pferre. Valet enim plurimū contra timorē inimici hūc titulū legere. Jeſus nazarenus rex iudeoꝝ. Fac ſignū ſancte crucis:ſigna frōtem et pectus:et lege deuote verba tituli hui⁹ : et ſenties notabile iuuamē in loco horroris et anxie neceſſitatis. Nam virtus chriſti et fides in deo firma nō patietur te periclitari ſalutari nomine ieſu inuocato: Jeſus nazarenus rex iudeoꝝ. Dulcedinem hui⁹ digniſſimi tituli:nullus ſermo plene explicare:nulla mens ſufficit digne meditari. Quatuor aūt verba ſunt:et totū mundū in venerationē diuini nominis ducunt. Omnes ergo principes mūdi:omēs tribus et populi audite:legite et dicite. Aue ieſu nazarene rex iudeorū:qui paſſus es p ſalute omniū populoꝝ. O ieſu nazarene flos candens virginis marie O ieſu fili dauid inclyte:ſummi patris vnigenite:ſcribe dulce et preclarum nomē tuū in tabula cordis mei firmiter et formoſe cū ſacro et illuſtri paſſiōis tue titulo:cauſam mortis tue continente:vt hūc diligenter inſpiciā:et ad laudem reuerendi noīs tui frequētius legā. Sit mihi titulus iſte cordiale ſolamen impſſus:et ꝯtra tentatio-

num impet⁹ munitio ſinglaris. Recedat a me malign⁹ ſpiritus: pereat ꝯcupiſcentie eſtus: et totus mihi amareſcat mundus: cum cogito aut lego. Jeſus nazarenus rex iudeorū. Nil quippe ieſu dulcius: nil ſalubrius: nil efficacius: nil nazareno candidius: nil purius ſanctiuſqꝫ. Nil rege iudeorū dignius: nil potētius: nil ſublimius. Nullus ergo mihi obſiſtat inimic⁹: nulla inficiat peſtis nec vlla me opprimat calamitas: cū te ieſu chriſte humiliter inuoco: aut te paſſum recolo: aut titulū hunc mente et ore rumino. Jeſus nazarenus rex iudeoꝝ. O ieſu ſum me amabilis tu es rex meus et deus meus: dulcis et ſuꝑ laudabilis. Dulcis in ꝑſepio: dulcior in cruce: dulciſſimus in regni tui ſolio. Licet enim crucifixus ſis ex infirmitate carnis: tamē nunc viuis ex virtute dei: ſedens ad dexteram patris ſuper omnem creaturam exaltatus in ſecula. Amen.

De Compaſſione materni doloris et mutua cōmendatione beate Marie et ſancti Joannis.

Benedico/ et grās ago tibi dn̄e ieſu chriſte oīm merentiū ꝯſolator: ꝓ tuo doloroſo reſpectu: quo dilectiſſimā matrē tuā ſub cruce ſtantem ac nimio merore confectā miſericorditer reſpexiſti. Cuius doloris magnitudinē tu ſolus melius noueras: qui cordis eius ſecretiſſimus inſpector eras. Tu nanqꝫ nil charius matre virgine habuiſti in terris: et illa te deo filio ſuo nil dilexit amplius: quē ꝑfecto ex ſe genitū oīm rerū dn̄m et ſuū cognouit auctorē. Cernens ergo te in cruce ſuſpenſum: quē maxime diligebat: magis in te: q̄ in ſe manebat: et quaſi tota extra ſe educta: etiā ſurſum pendebat: ſpū tibi cōcrucifixa: licet corꝑe adhuc inferius


RI

iuxta crucē lachrymās ſtaret. Laudo et glorifico te pro tua exceſſiua cōpaſſiōe: qua tūc triſtiſſime matri tue filialiter cōdoluiſti: q̄ reuera oēs dolores tuos ſuos putabat et ſingula vulnera tua tanq̄ ꝓpria deflebat. ac totiēs nouis torſionibus affligebat: quotiēs maternis oc̄lis ſanguinē de tuo corpe fluere cernebat: aut qn̄ vocem tuā de cruce ad ſe loquentē audiebat. Laudo et honorifico te ꝓ tua benigniſſima allocutione: qua tandē breui verbo allocutus es matrem deſolatam: quā predilecto diſcipulo tuo Joanni tanq̄ fideliſſimo ꝓuiſori cōmendaſti: et virginem virgini indiſſolubili charitatis vinc̄lo ſociaſti dicens. Mulier ecce filius tuus. Deinde ad diſcipulū Ecce mater tua. O felix cōiunctio et grata cōmendatio quā virginalis integritas ſociauit et cōſecrauit. In hoc etenim verbo oñdiſti erga matris honorem pie ſolicitudinis affectū: cui ſolamē pudici diſcipuli donaſti: et ꝓ te alterꝫ quodāmō filiū ſuppoſuiſti: q̄ caſtis eius moribus cōgrueret: et ō neceſſarijs vite ſagaciter ꝓuideret. Sic enī tuam filialem ꝓuidentiā agere decebat: vt mater ſctā et virgo illibata fideli miniſtro nō careret: nec velut apud ſeculū ſolitarie derelicta: et inť iudeos extranea videreť: que illico tua dulciſſima p̄ſentia erat orbanda. Placeat nūc tibi pia dei genitrix maria: hec filij tui ordinatio ſancta et cōmendatio bona valde. Suſcipe diſcipulum hunc gratis affectibus: quē deſtinauit tibi filius tuus ieſus. Hic eſt Joannes apl̄us virgo electus: et inter ceteros magis dilectus: moribus ſuauis: affatu benignus: vultu verecundus: geſtu modeſtus: victu ſobrius: habitu hūilis: obſequio aptus: obedire paratꝰ. Hic eſt diſcipulus amantiſſimꝰ: genere tibi cognatus: fama clarus: mente purus: corpore virgineus: deo placidus: oīmibus charus: tuo conſortio mater dei per oīa dignus. Scio

quidẽ id tibi ſemꝑ placuiſſe et placere: quod filio placuit Id ſumme te velle: qđ ipſe fieri diſpoſuit: qui in cũctis ſuis actibus nõ ꝓpriã voluntatẽ: ſed paternã gloriam queſiuit. Ideoq; nõ dubito tibi placere: ꝙ eo mox abeunte vicarium ꝓ ſe Joãnem tibi dereliquit. Accipe nũc Joannes ſctẽ cõmendatũ tibi theſaurũ deſiderabilem. Accipe ieſu matrẽ venerabilẽ: celi reginã: dñam mundi tuã dilectã materterã: matriſq; tue ſororẽ virginẽ ſanctam. Hactenus beata virgo maria iure carnis matertera tua dicta eſt: nũc ſacratiori ordine et iure diuino vocabitur mater tua de ſpeciali gratia tibi commiſſa. Tu quoq; qui ꝓrius vocatus es Zebedei ſm carnẽ filius: frater Jacobi maioris: et ꝓpinquus ſaluatoris: ac poſtea Jeſu diſcipulus effectus iã nouo nomine vocaberis Marie filius adoptiuus: filiali vtiq; amore illi de cetero obſecuturus. Age ergo quod iubet chr̃us: imple verbũ ſacre cõmendatiõis: et eris oĩbus gratus: et toti mundo honorabilis. Fecit beatiſſimus Joannes ſicut dixit ei in cruce ieſus. Nã ex illa hora accepit eam diſcipulus in ſuam: et curã ei adhibuit: ſollicite miniſtrauit: et ſicut proprie matri deuotiſſime obtemꝑauit: cordialiterq; dilexit Gaude et letare beatiſſime Joannes: ꝓ cõmiſſo tibi depoſito. Chari⁹ em̃ qđ chr̃us in mundo habuit: apud te fidenter repoſuit. Multũ te locupletauit: qñ Mariam in teſtamentũ tibi legauit: quã angeli ſancti nequeũt digne laudare. Chr̃us ſctõ Petro claues regni celeſtis contulit: te vero cubiculariũ matris ſue cõſtituit. Olim ſctõ Joſeph fuerat maria deſpõſata: ſed nũc ſecundarie tibi eſt cõmendata. Illi ab angelo dictum eſt. Ne timeas accipere mariã ꝯiugem tuã: tibi ab angelorꝫ dño iã dicit. Ecce mater tua. Vt ſicut ille nõ defuit virgini in natiuitate filij: ita nec tu deſis mr̃i in paſſiõe chriſti: neq; lõgo

tempore poſt aſcenſionē eius in celū: q̄ ſi beatiſſim⁹ Jo annes baptiſta adhuc ſuperuixiſſet iure ꝓpinquitatis: et merito caſtitatis valde idoneus miniſter: et inſignis pa ranymphus mihi apparuiſſet. Sed qm̄ Joſeph nō ſup eſt: nihil em̄ de eo percipit: vtrū tūc vixerit: an obierit. Joannes aūt diu tentus in vinculis / occiſus eſt. Jeſus etiā iam morti ꝓximus: et cito ab oculis auferet matris tu ſupple oīm vices: horū charorū et eſto in loco chriſti ꝓ pignore ſubtracti filij. Confido in dño ieſu: q̄ fratri tuo Jacobo et ceteris apl'is om̄ibus poptime placebit. nec aliquis amicoꝝ tibi inuidebit. Hoc magnū premi um meruit tua magna copia virtutū: pfectus ſcꝫ contem ptus mundi: amor ieſu: ſuauitas morū: integritas virgi nalis: trāquillitas mentis: libertas anime: puritas con ſcientie: ꝓbitas vite. Suſcipe ergo matrē chriſti in tuā cuſtodiā: et magnā exinde ꝯſequeris gratiā. Multum quidē et alte apud eā ꝓficies. Nā verbis illi⁹ inſtrue ris: exemplis edificaberis: orōnibus iuuaberis: ammo nitiōibus excitaberis: charitate accenderis: deuotione traheris: contēplatione eleuaberis: gaudio impleberis: delicijs afflues: celeſtibus pfrueris. Audies ex ore eius di uina myſteria: diſces abſcondita: pcipies mirabilia: in telliges ineffabilia. Ex eius p̄ſentia caſtior eris: purior pmanebis: ſanctior fies: deuotiorq̄ pſeuerabis. Aſpe ctus eius pudicicia: ſermo prudētia: actio iuſticia: lectio eius ieſus: meditatio chr̄us: ſpeculatio deus. Decor vul tus ei⁹ vt lux emicat: facies ei⁹ reuerēda nulli oberit: ele gantia eius intuentem caſtificat: allocutio eius om̄e ma lū exterminat. Talis ac tanta eſt dignitas Marie: vt p̄ cellat om̄es ſanctos puritate ⁊ gratia: cuius tu eris ſecre tarius a ſummo celi rege ſibi donatus. Igitur ſedulum illi exhibe miſteriū: defer honorē: curā ſollicite impende.

Sta nūc iuxta crucem: latus obſerua virginis: ſuſtenta laſſam vlnis tuis: amplectere mariā: erige deficientē: cōſolare lachrymantē. Plora etiā cū plorante: geme cū gemente: vade cū gradiēte: ſiſte cū ſtante: reſide cū ſedente Non recedas a dolente: opus imple miſericordie: deinde para te ad exequias Jeſu morituri. Duc matrem tecū ad locū ſepulchri: reduc ad ciuitatē: induc in domū: conforta oīm deſolatorū conſolatricē. Eſto miniſter angelicus: licet hac vita digniori te ſolatium offerre. Confortatus eſt enim in agonia ſua ab angelo chriſtus: et ſi non eguit: voluit tamen ab inferiore viſitari: nec renuit conſolantem. Ecce chariſſime Joannes ad quā votiua vocaris: qualis virgo tibi committitur: ⁊ cuius mater tibi ſeruanda creditur. Nunc ergo humiliter obſecro te: ora feruenter ꝓ me peccatore: vt et ego feruidus ſim in chriſti amore: necnon deuotus inueniar in laude beate virginis: atqꝫ in eius dolore compunctus.

De magnificis virtutibus beate virginis: et de dolore ac lachrymis eius.

Benedico: laudo et glorifico te ſancta dei genitrix Maria: ꝓ oībus bonis et donis a deo tibi copioſe collatis: ꝓ innumeris virtutibꝰ tuis et maximis gratiaꝝ priuilegijs: quibus inſigniſſime pre oībus ſctīs claruiſti in terris: vt mater dei fieri digna exiſteres: et verbū dei ex te incarnatum gremio foueres: et beatis brachijs leuares: circūdares: atqꝫ portares Bn̄dico et laudo et honorifico te electa mater dei et humilis ancilla dei: pro omnibus amatorijs ſeruicijs tuis ⁊ neceſſarijs ſubuentionibus chriſto filio tuo in carne exhibitis: pro varijs perſecutionibus: penurijs: laboribus et fatigationibus cum eo clementer tolleratis.



Benedico et laudo atqꝫ dignifico te inclyta Maria eter
ni regis mater et filia ꝓ tuis dulcibꝰ colloquijs cū dul-
ci ieſu frequēter habitis: ꝓ deificis ſmonibus ab eiꝰ ore
ſapienter auditis: et caſto ſub pectore diligēter recōditis
ſuauiterqꝫ in corde ruminatis: ꝓ magnificis ꝯſolatiōi-
bus ab eo creberrime ꝑceptis: ꝓ exceſſiuis gaudijs et di-
uinis iubilatiōibus tuis: ex p̄ſentia eiꝰ ⁊ ſpūſſancti aſpi
rante gratia ſubortis: diu deſiderāterqꝫ potitis. Bene
dico: laudo: et magnifico te venerabilis dn̄a mea ſancta
maria ꝓ tua puriſſima ⁊ ſanctiſſima vita: deo et angelis
gratiſſima: longo tp̄e in multa paup̱tate et ſilentio cum
ieſu tranſacta: preſſuris et aduerſitatibꝰ varijs ꝓbata:
oībus chriſtifidelibꝰ ad exemplū deuotū imitatiōis de-
relicta: et vſqꝫ in finem ſeculi vniuerſali eccleſie maxime
ꝓfutura. Benedico laudo ⁊ gl'ifico te benigniſſima ⁊
deuotiſſima mr̄ dei maria ꝓ oībꝰ deuotis exercitijs tuis
ac ſacris meditatiōibus in lege dei die noctuqꝫ ꝑactis.
ꝓ feruētiſſimis orōnibus tuis: lachrymiſqꝫ et ieiunijs
ad deū magna inſtantia: ꝓ ꝯuerſione pctōꝝ: et ꝑſeueran
tia iuſtorū ꝓfuſis: ꝓ intima cōpaſſiōe tua: cū pauperi
bus et infirmis: cū tentatis et anxie grauatis: ꝓ ſitienti
deſiderio tuo ad humani generis ſalutem: quod amara
filij tui morte noueris redimēdū. Et licꝫ indicibili amo
re vnicū dilexeriſ filiū: nō tn̄ ab horrido crucis aggreſſu
ip̄m retraxiſti: ſed temetip̄am cū filio diuine ordinatiōi
plenarie ſubmiſiſti. Attamen in cunctis penalitatibus
ſuis vehementer ſibi cōdoluiſti: et vſqꝫ ad crucis igno-
miniam intrepido veſtigio ꝓſecuta es ieſum preeuntem
diſcipulorū nō attendens fugā: neqꝫ iudeorū metuens
ſeuiciem parata potius ſubire necē cū ip̄o: q̄ relinquere
in tali grauamine filiū. Benedico: laudo: et ſuperal-
to te fideliſſima et amantiſſima mater dei celica Maria

ꝓ tua pſeuerātia in ſolida fide et charitate pfecta: qn̄ fu-
gientibus apl'is viris pio timore quibuſdā etiā ſequē-
tib⁹: tu ſola inextinguibile fidei lumen in paſſiōe filij cō
ſtātiſſime tenuiſti: nil dubiū gerens de futura eius reſur
rectione poſt triduū: ſicut ip̄ ius ore fuit ſatis clare predi
ctū. Oībus nanq̄ amicis ieſu diſpſis: tu mater meſtiſſi-
ma cū humili feminarū caterua ad locū ꝓperaſti Calua
rie: inter furētes tranſiens acies populoꝝ vt quātotius
ꝓpinquares filio crucifigendo: et adhuc in carne viuen-
tem cerneres: a quo priuſq̄ moreret̄: pie cōmendationis
verbū ſuſcipes. Benedico: laudo et excellēter recom-
mendo te ſancta et immaculata virgo maria: ꝓ tua dolo
roſa ſtatione iuxta crucē Jeſu: vbi diu feſſa et afflicta ſte
tiſti ſm̄ ꝓpheticā Symeonis ſententiā gladio tranſfixa
doloris: ꝓ multis lachrymis quas tunc abunde fudiſti:
ꝓ maxima fidelitate et indeclinabili coherētia: quā filio
morituro in extrema neceſſitate demonſtraſti: ꝓ graui
contritiōe cordis tui: quā in eius exſpiratiōe acutius ſen
ſiſti: ꝓ flebili aſpectu tuo cū ip̄m mortuū ante te pende-
re vidiſti: ꝓ pio illo amplexu: quo ipſum de cruce inter
materna brachia ſuſcipere voluiſti: et in ſinu tuo eiulans
collocaſti: ꝓ lugubri tranſitu tuo ad locū ſepulture: qn̄
poſt veſtigia portantiū corpuſculū ſanctū merens ſubſe
cuta es: inſpiciens ipſum reponi in monumentū: et ſub
lapide grandi ꝯcludi: ꝓ flebili illo regreſſu a monumen
to et introitu ad hoſpitij locū: vbi cū multis fidelibus
ibidem ꝯgregatis ſup amabilis filij tui morte completa
iterato rurſus lamento vberrime planxiſti: et oīm in te
oculos ad complangendū ꝓuocaſti. Cōpatere nūc aīa
mea virgini doloroſe: matri lachrymoſe: marie amoroſe
Si mariā diligis: debes ei compati in tantis dolorib⁹:
vt et tibi ſubueniat ī tuis anguſtijs. Ecce plorat pia mr̄

vnicum filiū. plorat Maria cleophe nepotē cariſſimū. plorat Maria magdalena ſalutis ſue medicū: plorat joannes magrm dulciſſimū: plorant oēs apl'i ablatū ſibi dn̄m ſuū. Quis nō ploraret vbi tam multi amici ſimul plorāt. Uere magnus eſt iſte plāctus in bierl'm: Sta ergo ⁊ tu hic paululū: ⁊ diſce a matre virgine planctū: cui⁹ amare lacrime poteſt cordis tui intima cōmouere Stat ecce nunc iuxta crucē magnis vulnerata dolorib⁹ quondā iuxta preſepe celeſtib⁹ repleta concentibus. Grauatur nūc iudaicis clamorib⁹ prius angelicis ꝯfortata ſermōibus: induit nūc pallio meroris. olim honorata a regib⁹ ſanctis Aſpergitur nūc filij ſui rubro ſanguine cui⁹ candido prius fouebat aſpectu videt inter latrones pendētem quē ſepius viderat multa ſigna in populo facientē: Cernit leproſo ſimilē ꝓpter vulnerū feditatem quē nouerat multis leproſis donaſſe candorē. Cōſiderat innumeris ſubactū doloribus qui oēm languorē repellebat ab infirmis: Cōſpicit morti obnoxiū qui lazarū defunctum ad vite reuocauerat ſtatū. verſa ſunt ⁊ oīa iocunda in triſtia. ⁊ dulcia in amara. Tot maloꝝ ꝓcellis inuoluit rutilans ſtella maris. ſed nō vincit humanis prauitatibus mens in deo fixa ꝑmanens. Stat igit iuxta crucem cōſtantiā ſeruans patientiā tenens fidelitatē exhibēs: caritatem demonſtrans mortis nō horrens minatores nec maledicoꝝ refugiens deſpectiōes ꝑfert equanimiter oīa. ⁊ cōformare ſe ſtudet humili filio ſeuiſſimis hoſtib⁹ nihil reſpondendo: Nullas inſolētes emittit voces: nec indignos oſtendit motus. ſed ꝓfundos trahit gemit⁹ flet amare. dolet anxie. cōpatitur intime. Non iraſcit crucifixoribus ſed orat ꝓ malignantib⁹: triſtat pro deriſoribus ⁊ gemit pro blaſphemantib⁹ chriſtū. Sic ſtabat iuxta crucem mater ieſu: lacrimis affluens cūctis tribulatis

ſolacium patientie: ſuo miti exemplo ingerês. O vos oẽs qui tranſitis per viam caluarie reſpicite ad doloroſam ſtationẽ ſancte marie. Attendite ad crucis dexterã ⁊ videte. Mariam chriſtiferã: an ſit dolor ſimilis dolori ipſius Si fuit aliq̃ talis mater in mundo que tanta caritate cõpaſſa eſt filio ſuo. Nam per ſingula ieſu mẽbra torta: ipſa cõuulnerabatur in aia: ⁊ totiens matyr efficiebatur: quotiens cruenta filij ſtigmata contemplabatur Vide ergo nunc aĩa deuota. vt hec intus recondas pectore. Sis mitis ⁊ fortis cũ tribulationis aduenerit tẽpus. Non cõturberis nec deſperate te habeas. Si aufertur quod plurimũ diligis: aut ſi tibi negat̃ quod neceſſarium arbitraris: Solent enim per maxima ſepe grauamina cariſſimi amici ieſu probari: Nam ſi proprio filio ſuo non pepercit deus: ſed pro oĩbus nobis grauiſſimis penis expoſuit: quid tu hic gaudia queris. Si chriſtus ſemetipm̃ nõ queſiuit: ſed obediens atq̃ paratus ad viliſſima ⁊ penaliſſima fuit: quid tu laborẽ ⁊ dolorẽ ſic metuis: ⁊ non potius pro amore crucifixi dura ⁊ aſpera amplecteris. Si ſanctiſſime matri ſue multa aduerſa in mũdo admiſit: ſi eã ſepius tribulari ac vehemẽter dolere atq̃ diutius flere p̃miſit: tu q̃uo ſine preſſuris hic viuere poteris. Et ſi oẽs aĩcos dei conſideres. nullũ abſq̃ arta ꝓbatione hanc vitã enauigaſſe inuenies. Sume itaq̃ exemplũ infatigabilis patientie: ab imagine crucifixi: ⁊ eiꝰ bñdicta matre: ⁊ ne verearis pro ſalute tua in retributionem infinite dilectionis ieſu modicũ quid ſuſtinere vt ⁊ in reuelatione glorie ꝓmiſſe eius ꝑpetuo letemur aſpectu Benigniſſima etenim mater Jeſu nouit afflictis pie cõpati: didicit ex his que paſſa eſt miſeris affectuoſe miſereri. non obliuiſcetur pauperum ſuorum: aderit orantibus auxiliabitur maturius ſe inuocantibus: propicia eſt

om̄ibus ſibi ſeruientibus. O miſericordiſſime ieſu dulcis fili marie: infunde mihi queſo deuotã grãm lachrymarũ: et vulnera cor meũ intime compaſſionis affectu: quo pie matris tue interiora noſcã fuiſſe ꝯcuſſa. Intuere me illis pietatis oculis: quib⁹ matrem et diſcipulũ reſpexiſti ſub cruce ſtantes et flentes: qñ alterã alteri commendaſti: vltimũ eis vale relinquẽs huiuſcemodi affectu ſermonis. Ecce filius tuus. Ecce mater tua. Viſita me obſecro in ſalutari tuo ante mortẽ meã: et fac me audire vocem illã: quã audiuit beatus Joannes de cruce. Ecce mater tua. vt hac voce ꝑcepta: a timore rugiẽtis inimici ſit ani̅a mea tute defenſa. O clementiſſima domina mea ſancta maria: oi̅m chriſtianorũ aduocatrix fideliſſima: rogo te ꝑ cuncta eximia merita tua: quibus deo maxime placuiſti: et ꝑ ſingula humanitatis obſequia: que tuo filio gratiſſime exhibuiſti: atq̃ ꝑ vniuerſas lachrymas: quas in paſſione eius amariſſime effudiſti: quaten⁹ mei paupis miſereri digneris: ſolita pietate curã mei maternaliter ſuſcipiendo: atq̃ in eorũ me ꝯputes famulorũ numero: qui tuo ſpeciali amore habẽtur impignorati ⁊ amplexi. O vnica ſpes mea: gl'ioſa virgo maria: veni et oſtẽde mihi faciem tuã priuſq̃ anima mea egrediat̃ a corpe et illos miſicordes oculos tuos ad me clementer iocundeq̃ ꝯuerte: quibus ieſum benedictũ fructũ ventris tui letiſſime ſepius aſpexiſti: ⁊ quos in paſſione eius multis fletibus humectaſti. Aſta nunc mihi ſacratiſſima mater ieſu: cũ dulci comitiua virginũ tuarũ: et ſacro collegio ſctõꝝ oi̅m: ſicut ꝑdilecto filio tuo in cruce morituro fideliter ac ꝑſeueranter vſq̃ in finẽ aſtitiſti: q2 poſt vnicũ filium tuũ dñm meum Jeſum chr̄m nõ inuenio tam magnum et velox in neceſſitate ſolamen: ſicut te benigniſſimam omniũ deſolatorum matrem.

De ſolitaria derelictione do-
mini Jeſu in Cruce.

Benedico et grās ago tibi dñe ieſu chrē pr̄ne di
lectiōis fili amantiſſime ꝑ tua grandi et ſoli
taria derelictione in cruce: qñ a deo pr̄e et ab
om̄i exercitu celoꝝ: ab vniuerſis quoqꝫ creaturis mundi
in amare neceſſitatis articulo: velut alienus et ignotus
fuiſti derelictus: ac ſi ver⁹ dei filius nō fuiſſes: neqꝫ ali-
cuius potentie aut virtutis: ſola meſtiſſima matre cū cō
mendato ſibi diſcipulo: et paucis fragilibus feminis ti
bi adherēte: que vix vnicū verbū ad te loqui poterat: p̄
anxietate mētis et dolore. Laudo et gl'ifico te ꝑ valido
illo clamore: qñ corā multis audientibus in hāc lachry
mabilē vocē ꝓrupiſti: dicens. Heli heli lamazabatani.
In quo quidem verbo magnitudinē dolorū: et ſubtra-
ctionē oīs ꝯſolatiōis ſatis declaraſti. Et quāta ꝑ hoīm
ſalute patiebaris: a quibus tamen ꝑ nihilo fuiſti eſtima
tus: immo ꝑ peſſimo malefactore habitus: ac ipſa vita
om̄imode iam indignus. Conſidera diligentiſſime anīa
mea preſens ieſu verbū: ꝑ tua ſingulari inſtructiōe ꝓla
tum. Ecce mirū dictu: ꝙ dñs vniuerſoꝝ qui nullius ha-
bet indigentiā: ad hāc calamitatis deuenit miſeriam: vt
paternis auribus ſuā indicet neceſſitatē: ꝙ ſe deſertum
a patre ꝯquerit̄: qui oīa cū patre operat̄: ꝙ ſe oneratum
demonſtrat: qui cuncta ſine onere portat: ꝙ ſe exulem fa
tetur et inopem: qui conſolari triſtes et debiles ſolet: ꝙ
oīm votorū arbiter: qui clamorē paupeꝝ exaudire ꝯſue-
uit: vocē humilis queſtionis emittit et dicit. Deus me⁹:
deus meus vt quid dereliquiſti me. Siquidem a princi-
pio paſſionis eius vſqꝫ mō nō eſt auditū tā lamētabile
verbū. Agnoſco igit̄ vocē tuam chrē: in carne paſſibili

ꝑ me clamantē in cruce. Nā derelictio tua: ꝯſolatio mea querimonia tua ſuffragatio mea: infirmitas tua: ꝯualeſcentia mea: pena tua ſatiſſactio mea ꝑ oīm pctō atq; delicto: celeſtis es medicus: qui grandi cōpaſſionis affectu innumeris immerſiſti te doloꝛib⁹ ⁊ penis. Et ideo cum infirmo infirmaris: cū dolēte doles: cū peccāte ꝯtriſtaris: cum patiēte ꝯquereris: et ꝓ infirmis membꝛis tuis clamās deprecaris. Unde vox iſta vox carnis eſt et ſenſualitatis: nō murmuris nec deſperatiōis. Sentit quidē caro penā: que nullius culpe nouerat noxā. Patit̄ coꝛp⁹ innocentiſſimū ſuppliciū grauiſſimum: anima beatitudine ſumma ꝑfruente: et ex deitatis ꝑſentia nullius doloꝛis fit minoꝛatio: ſed mirabilis exhibetur patiētie foꝛtitudo: vt humani generis ꝑficiatur redemptio. Quis fideliū hec audiens nō ꝯdolebit. Quis tam durus / vt nō ꝯpungat̄ ad vocē clamoꝛis hui⁹. Certe / ipſi em̄ inſenſibilia elemēta oſtenderūt cōpaſſiōis ſue tremēda ſigna

¶ A ſexta nanq; hoꝛa vſq; hoꝛā nonā ſol radios ſui luminis retraxit ab oꝛbe: nolens lucere indignis. Et terra ꝯtremiſcēs ad iniurias ſui creatoꝛis: dolēs auctoꝛē vite ſupplicia pati: et clamans moꝛtē eius nō poſſe videre. Igitur ſole lugente: et terra ꝯtremiſcēte: et tu hō rōnalis luctum aſſume: attende clamoꝛē Jeſu: cur clamet: et qd dicat. Ecce in oīm tribulatione et anguſtia ſua dn̄s ieſus ꝑmanſit mitis et patiens: nec aliquid ex oꝛe niſi dulcedo et pietas emanauit: ad patrē ſurſum dirigit precē preter deū: nulli⁹ noīat nomē: et ei⁹ ſolūmodo noticie ſuā inſinuat deſolationē. Nō querit matris ſolamē: nec amicoꝛū expoſcit iuuamē. Inſtruit ergo te ihs q̄liter eū imiteris in deſolatōe poſit⁹. Si coꝛpe infirmaris: ſi mēte fueris ꝯ̄natus ⁊ tedio affect⁹. Si ab a'ijs deſpiceris: ⁊ grāz hoīm ꝑpter paupertatē aut aliquā ineptitudinē perdide

ris:noli ꝯtriſtari neq; indignari. Sꝫ hic habeto ꝑtin⁹ recurſum: hūc locū ſtatue tibi ad refugiū. Et cū Jeſu in cruce cōtempto: et a patre ad horā derelicto. Miſce colloquiū eius: ruminando qđ locutus eſt verbū. De⁹ meus: deus meus: vt quid dereliquiſti me. Stude ergo in infirmitate tua mitem te exhibere: nec murmures: ſi interdū a ſeruientib⁹ tibi negligaris: aut rarius a fratrib⁹ viſitaris. Memēto exulis ieſu in cruce: et de leui incōmodo deſine ꝯqueri. Eius opta viſitationē: eius dumtaxat require ꝯſolationē: a quo poteris etiā deſolatus ꝯfortari. Relinque caduca mundi ſolatia: nō te occupet amicorū dilectio: angelorū deſidera pſentiā. Sanctoꝝ pete ſuffragia: erige oculos ſurſum ad crucifixū: chriſti meditare vulnera ſancta: virginem glorioſam implora: in mente ſp habeto Mariā: ad eā ſpēalem funde precē. Ipſa enī manſit firmiſſima iuxta crucē: audiendo Jeſum magna voce ad patrē clamitantē. Itaq; oībus excluſis terrenis ad patriā celeſtē eleua mentē. Tene deū ꝓ patre: ieſum pro fratre: Mariā ꝓ matre: angelos ꝓ amicis: et ſctōs oēs ꝓ cognatis. De nobili et alta ꝓgenie es tu: nō carnis origine: ſed ſpūs libertate. Talibus nāq; vallatus preſidijs: tam charis inuocatis patronis poteris cōfidenter diē preſtolari vltionis extreme: et de pietate benigniſſimi ſaluatoris ſperare. Obſecro te ſumme et venerande pater dñi mei ieſu chriſti: reſpice ad orōnem ſerui tui: quā tibi hodie ꝑ manus dilecti filij tui in cruce ſuſpenſi hūiliter repreſento. Da mihi veniā de oībus culpis meis ꝑpetratis: nec longe ſubtrahas a me donū celeſtis grē: neq; grauiorib⁹ me patiaris tentationib⁹ ꝑiclitari: neq; perturbationum ſtimulis inquietari. Proba me domine et tenta me: ſicut noueris mihi fore vtile. Verumtamen animā meam ſerua: et fac cū tentatione talem

ꝓuentū. Vt queam ſuſtinere: ↄuerte mihi in ſalutis re
mediū: ⁊ amplioris grē incrementū: qḋ doloſus hoſtis
anīe parauit ad perniciem. Adeſto mihi tanto fortius et
ꝓpinquius: quanto magis premor tribulationibus: et
minus habeo ↄfidere in hoib⁹. Tu em̄ in anguſtiſſima
neceſſitate ꝑmanes fideliſſimus amicus. Quod ſi ꝓban
dus fuero: et ad tēpus ↄſolatione priuandus: tūc ↄcede
hoc mihi patiēter ſufferre: ac totū onus meū tibi fidelit̄
cōmittere: necnon huius deſolate hore chariſſimi et gra
uiſſimi filij tui ieſu cordintime reminiſci: qui oībus nu-
datus amicoꝝ p̄ſidijs memor fuit tui ſoli⁹ in extremis.

De ſiti domini Jeſu in Cruce pendentis.

Benedico / et grās ago tibi dn̄e ieſu chr̄e: fons
aque viue: et riuus ſapientie ſalutaris: ꝓ tua
vehemēti ſiti in cruce: qn̄ ſacro et p̄cioſo ſan-
guine tuo effuſo: oībuſqꝫ naturalib⁹ humoribus ob ni-
mios corpis cruciatus exhauſtis: pre vehemēti arridita-
te etiā corpaliter ſitiens fuiſti: ſed ardentiore tamen deſi
derio ſalutis noſtre ſitibundus: velut paup̄ ⁊ mendicus
bibere poſtulaſti: dicēs. Sitio. Sed huic exigue petitioni
defuit q̄ ſuccurreret: vt ſaltē calicē aque frigide tibi oīm
aquaꝝ ↄditori porrigeret. Veruntamē quidā ex circum-
ſtantibus hoc audientes: nequaq̄ tui ſunt miſti: ſed in-
clemētiores ex eo magis effecti. Nam ad explendū mali
cioſi pectoris ſui virus mortiferū ꝓtinus ſpongiā ace-
to cū felle mixto impleuerūt: et dulci ori tuo amariſſimū
poculū miniſtrarūt: qḋ canibus dari ad ſorbendū indi
gnum ſatis fuiſſet. Laudo et honorifico te ꝓ tua beni
gniſſima tollerātia in accipendo et deguſtando acetoſiſ
ſimā potionē: quā ꝓ expiatione illicite delectatiōis pri-

moꝛum parentū penaliter deguſtaſti:vt ſicut pomi in⸗
terdicti deguſtatio fuit cauſa moꝛtis:ita ſapoꝛ amari po
tus tui fieret nobis medicina ſalutis. Sed ve tibi impie
iudee popule dure ceruicis et grauiſſime iniq̄tatis : quō
ꝯuerſus es ad tantā pꝛauitatē:vt Barꝛabā dimitteres:
Chꝛiſtū crucifigeres . Offer illud pꝛincipi ſacerdotū:aut
duci populi tui:et ꝓbā:an ꝯſentiat bibere. Quid fecit ti
bi chꝛiſtus:aut in quo moleſtus fuit tibi Jeſus naʒare⸗
nus. Reſponde obſecro mihi. Nōne pluit tibi deꝰ man
na de celo:et aquā ꝓduxit de petra duriſſima:vt come⸗
deres et biberes in habundātia:et ecce ꝓ dulci māna ꝓ⸗
pinas vinū myrꝛatū:et ꝓ mltis aquaꝝ fluētis : nec vnū
quidē hauſtū aque chr̄o ſitienti poꝛrigis . Enimuero ſi
chꝛiſtus vellet oēs aquas tuas in ſalſuginē conuerteret:
et tu deficientibus pane et aqua mox perires pꝛe aridita
te nimia ꝓ miſcōia denegata. Quod ſi etiā hr̄e voluiſſet
potū ſuauē:nō dubiū quin angeli ſancti libenter ac cele⸗
riter roꝛem ſaluificū ei miniſtraſſent de celo om̄i liquo
re ſuauioꝛē. Sicut olim miniſtrauerāt victū poſt inimi⸗
ci trinam tentationē . Sed noluit ſe vindicare:neqꝫ ſi⸗
gnum potētie agere. Exhibuit aūt ſignū patiētie et lon⸗
ganimitatis:vt cunctos edificaret ꝓfeſſoꝛes pauptatis.
Sume ergo et tu Jeſu diſcipule ex huiꝰ accide ꝯfectiōis
poculo remediū ꝯtra edacitatē gule. Si enim cupis cum
chꝛiſto in regno patris ſui epulari:nō ꝯcupiſcat coꝛ tuū
lauta fercula:nec vini pꝛecioſi pocula:nō mollia lectiſter
nia :neqꝫ nitida indumenta. Hec enim mundiſſime
vite ieſu acerbiſſimeqꝫ paſſioni eius ſunt valde cōtraria
Noli diſſolui delicijs carnis:ſed titillantē ꝯcupiſcentiā
reſtringe ſobꝛietate victus. Si aūt modū exceſſeris:ſiue
amplius ſiue delicatius edendo:hoc recaſtiga diurnis la
boꝛibus:ac nocturnis vigilijs amarū chꝛiſti poculum

ſemꝑ ad aīm reducendo cū merore. O ieſu manna celicū et nectar ſuauiſſimū: qui aceto ac felle fuiſti potatus: dū ſitires vehemēter in cruce: nec tamen modicū aque ad refocillandū habere potuiſti. Preſta mihi huius amariſſime potiōis tue tpe refectiōis mee in menſa ſenſim recordari: vt nō effundā cor meū auide ſuꝑ corporis alimenta: ſed ad ſacre lectionis verba ſim intente ſuſpenſus. Diſcam cū timore tuo tantū victui meo neceſſaria ſumere: atq; de mihi collatis beneficijs / tibi gratiarū actiōes deuote referre: nec ꝓ cibi modicitate ſeu vilitate egre ſim ꝯtētus: immo indignū me iudicem pauperꝝ elemoſynis veſci. Et aliorū laborib⁹ verear ſuſtentari. Da mihi eſurire cibum qui nō perit: ſed ꝑmanet in vitam eternam. Da mihi ſitire fontē vite ꝑhennis: et de conuiuio vite celeſtis micam panis viui cū hauſtulo ſaporis intimi interdum percipere: atq; experimētaliter deguſtare q̄ʒ ſuauis ſit dn̄e ſpūs tuus in filijs gratie gratis effuſus.

De adimpletione ſcripturarum in morte Chr̄i: et de verbo Conſummatū eſt:

Benedico et gr̄as ago tibi dn̄e ieſu chr̄e: archanorū reuelator: legis et ꝓphetarū conſummator: pro tua ꝑfectiſſima adimpletiōe paterne volūtatis in breui ⁊ acceptabili verbo iſto: quod ſtatim poſt aceti ſumptionē quaſi totius vite tue clauſulā recte ꝓtuliſti: dicens. Conſummatū eſt: ac ſi patēter diceres. Jā impletū eſt quicq̄d vetus lex de me ꝑdixit: quicq̄d ſacrificiorū rit⁹ et cerimoniarū ſacer cult⁹ deſignauit. Jā veraciť expleta ſunt oracl'a ſctōꝝ ꝓphaꝝ: et diu optata deſyderia patrū antiqꝝ. Jā om̄e qđ ad redēptionē ꝑtinet generis hūani ꝯpletū hʒ effectū: qcq̄d in ſcripturis ſctis celit⁹ eſt ꝓmiſſum: totū ſic oportuit ac decuit ꝓ loco et

tpe palā geſtū eſt:et ſalubri fine terminatū. Ceterū pau‑ca q̄ reſtāt:abſq̄ dubio in ſuo tpe ꝯplebunt. Ego prece‑ptū patris mei impleui:q̄ me miſit in mundū:opus cō‑ſummaui qd̄ dedit mihi vt facerē. Jā ante ſanitates per egi:ſigna diuinitatis clare oſ̄di:et ſicut docuit me pater ita in mundo p̄dicaui:nec quicq̄d ſalutariū doctrinarū fideliū aurib⁹ ſubtraxi. Jā trigintatrib⁹ annis in terra pegrinat⁹ ſum cū hoīb⁹ ſuauiter ꝯuerſat⁹. In itinerib⁹ frequent̄ fatigat⁹:ab aduerſarijs grauit̄ calūniat⁹:a di‑ſcipulo tradit⁹:ab amicis derelict⁹:ab hoſtib⁹ captus:a miniſtris flagellat⁹:a iudicib⁹ ꝯdemnat⁹:a pōtificib⁹ il luſus:et hic innocēs in cruce ſuſpenſus. Quid vltra de‑bui facere:et nō feci:q̄d ampli⁹ pati:et nō ꝑtuli. Si q̄d min⁹ egi vel ſuſtinui:parat⁹ ſum añ deceſſum meū ſup‑plere:immo in morte mea oē debitū plene ꝑſoluā. Itaq̄ hodie habeo ꝯſummari:nec terminū vite mee diuti⁹ pa‑tior ꝓlongari:ſ; aīam meā ꝓ oībus meis ex charitate mera ponā:et mortē carnis quā ex debito nō merui:pro debitis pctōꝝ ſpōte hac hora ſuſcipiā:qua noui primū hoīem guſtu arboris interdicte mortē ꝑpetuā incurriſſe. Etem̄ q̄ de me ſunt:finē mox habebūt. Jā vltra nō mul ta verba loquar in mundo:q2 nō diu hic ero:ſed ad pa‑trē feſtino. Jā oīs labor ceſſabit:fugiet dolor et gemit⁹: pugna quieſcet:moleſtia nulla poſt hec eſt: Et mors ipſa ſimul interibit. Non reſtat amplius perficiendum:niſi vt patri meo ſpiritum meum commendem. Et corpus vſq̄ in diem tertium relinquam. Noui profecto q̄ viri miſericordie non obliti veteris amicicie. Tollent etiam illud ſecum:ad ſepeliendū in ſepulchro nouo. Ad oſten‑ſionem igitur omnis legalis iuſticie efficaciter adimple‑te:et pro noue legis inſtitutione ſeruanda:verbum fi‑nale et abbreuiatum cunctis audientibus ꝓpalo et dico.

Conſummatū eſt. O illuſtriſſime ac deuotiſſime magiſter dn̄e ieſu chr̄e ſicut dicis et ꝯteſtaris ſic eſt in veritate: et nō eſt reprehenſio vlla in tuo ſermone. Nā oīa que dicis: opibus ſctīs cōprobas: et ꝓpheticis eloquijs munita demonſtras. Jam enim tēpus eſt: vt requieſcas ab omī ope qd̄ patraſti in terris. Et tu quidē dn̄e in pricipio oīa cū patre creaſti: et nunc coopante pr̄e oīa recreaſti. Sex diebus opus mundane ꝯditionis feciſti. Et nūc ſexta ſeculi etate opus hūane redemptionis cōſummaſti. Sexto die hoīem de limo terre plaſmaſti: et ſexto die ip̄m ſanguine tuo redemiſti. Sexto die Adam tentatus: et ꝑ Euā deceptus. Sexto die ab angelo annunciatꝰ es: et in virgine ꝯceptus. Sexto die hō peccauit: et paradiſum ꝑdidit. Sexto die tu ꝓ pctīs noſtris paſſus es: et latro te miſerante paradiſum recepit. Vt ergo noua reſpondeant antiquis: et poſtrema priorībꝰ factis: digne ſextum verbū in cruce fuit: Conſummatū eſt. Perge nūc dn̄e ieſu quo vis et reuertere ad patrē tuū in celis. qꝛ cōſummaſti magnū pietatis opus in terris. Precede ſeruulos tuos: para eis viam ad ſequendū te citius: aperi ianuā regni celeſtis: quā diu clauſerat temeritas primi parentis. Vade viſitare ſanctos patres in lymbo inferni: illumina ſedentes in tenebris: frange potentiā dyaboli ſolue vincula ligatoꝝ: ſubleua feſſos: cōſolare lugentes: redime expectantes: educ captiuos tuos de clauſtris infernalibus. Cunqꝫ illos eduxeris: et in ſupernis celi māſionibus cum angelis collocaueris: tūc memento mei dn̄e in regno tuo: vt educas me de carcere iſto: de limoſo carnis habitaculo: de piculoſo ſtatu meo ex hoc vago et miſerabili mundo. Jmitare autē chr̄m in hoc verbo chriſti ſectatoꝛ: et ne ceſſes opari q̄diu tēpus habes et vires: ꝑfice qd̄ cepiſti: vt adueſperante vite tue termino

dicas et tu cū amicabili Jeſu. Cōſummatū eſt. Quapro pter ambula viā vere virtutis: ſectare iuſticiā: decertare ꝓpera ad mortē ↄtra vicia: vt apprehēdas vitā eternā Valeaſq; cū Paulo dicere. Bonū certamen certaui: curſum conſummaui: fidē ſeruaui. Modicū laborabis: modicū tēpus adhuc ſuſtinebis: cito veniet hora tua: vt cōſummatus in breui expleas tpa multa. O lucidiſſimū et pfectiſſimū exemplar oīm virtutū: et bonarū opationū: premiū interminabile Jeſu chriſte: celi et terre dñator dirige vniuerſos actus meos in beneplacito tuo: et mētis cogitatiōes purifica et illuſtra: doce me oīa opa mea ad laudem et gloriā benedicti nomīs tui humiliter incipe: diligēter pficere: ac feliciter ↄſummare. Tribue mihi nō intepeſcere ante tempus pfinitū a patre: ſed ꝓ denario eterne vite die noctuq; in vinea ſancte religionis laborare: atq; in ſchola celeſtis exercitij deſudare: vſq; ad exitū ſpūs: quatenus te ꝓpicio tandē poſt multos agones lōgoſq; labores letus tecū dicere queam hora finali incūbente: conſummatū eſt. Tu redde mihi bone ieſu mercedem ꝓ labore: requiē ꝓ fatigatiōe: gaudiū ꝓ merore: coronam ꝓ certamie: gloriā ꝓ ↄfuſione: beatitudinē ꝓ miſeria quā in mundo ſuſtinui. Tu em̄ fuiſti et es cauſa finalis totius opationis mee in loco peregrinatiōis hui9 Eſto premiū meū in regno celoꝝ: qꝛ te ſolū deſidero hīc ꝓ mercede laborū meorū: qui es beatitudo et gloria omnium ſanctorum tuorum.

De lamentabili emigratiōe domini Jeſu ab hoc ſeculo.

BEnedico/et grās ago tibi dn̄e Jeſu chr̄e: vita viuentiū: ſpes morientiū: ſalus oīm in te ſperantiū: ꝓ tua tp̄ali emigratione ab hoc ſeculo: et felici regreſſu ad patrem: per dire mortis tormētū et inſigne crucis martyriū. Laudo et glorifico te pro tua pallida diſpoſitione ad mortem: et beata agoniſatione in extremis: pro cunctarum virium tuarum defectiōe et amoroſi cordis tui penali confractione: dum tu viuificator oīm ſpirituū: mortis nō refugiſti ſubire iudicium: vt viā nobis aperires ad regna celoꝝ. Laudo et glorifico te pro tuo forti clamore in cruce ſup humanā ꝟtutem et ꝯſuetudinē in altum emiſſo: pro triſti diuortio et amara ſeparatione nobiliſſime anime tue: ob amātiſſimo corpe tuo ꝓ deuotiſſima recōmendatiōe ſpūs tui in manus paternas: ꝓ hūili inclinatione ſacri et ſpinolenti capitis tui verſus honorabile pectus tuū in ſignū filialis obediētie pſeuerāter adimplete: ꝓ charitatiua traditiōe ſctiſſime aīe tue: ꝓ mūdi ſalute: et ꝓ tua vltima locutiōe in hac mortali vita: qn̄ in hec pie ſupplicatiōis erupiſti ꝟba: atq̃ hūc deuotiſſimū ꝟſiculū legiſti. Pater/in manus tuas ꝯmēdo ſpm̄ meū. Quo dicto: ſtatī expiraſti: et pegrinationē terrenā ſuaui ſopore termīaſti. O q̄ p̄cioſa et victorioſa mors iſta fuit: que mortē nr̄am occidit: et vitā nob̄ repauit eternā. Sp ergo ī memoria mea mors tua chr̄e fixa pmaneat: meeq̃ mortis in tua bn̄dicta morte ſim memor: ne deſperem timidus: cū mihi ſupuenerit vite mee finis incertus. Hec eſt hora quā ſp in mēte ab initio ꝯceptiōis habuiſti: ad quā ſic viator ad patriā: et ſapiēs operarius ad finē intentū ꝓperaſti. A ſummo quidē celoꝝ egreſſus tu⁹ in mōm: de mūdo vſq̃ ad inferos ab inferis vſq̃ ſummū celi thronū iterū repedaſti. Cōtriſtare nūc vehemēter anīa mea ſuper amantiſſimi do-

mini dei tui morte amariſſima: conſidera qualiter ieſus
obijt: ⁊ que in exitu eius ſigna ꝯtigerūt: Ecce quomodo
morit̄ iuſtus: et nemo ꝑcipit corde: nemo recogitat q̃lis
ac quātus hic fuerit: niſi pauꝑcula mr̄ ei⁹: que cū paucis
ſibi notis iuxta crucē lachrymās ſtabat. Vidit q̄ppe di-
lectiſſimū filiū ſuū añ ſe nudo ac cruentato corꝑe pendē
tem: vidit pallentē: vidit agonizantē: audiuit eū clamo
re expirantē. Nec mir/ſi his viſis grauit̄ doluit: expal-
luit: et defecit aīa eius in ſalutari ſuo corā ſe crucifixo ac
mortuo: et tu ergo cū Maria ad crucē accede: et de mor
te ieſu dolēter meditare. Ecce morit̄ innocēs ieſus: exul ⁊
nudus: nec miſerior eo aliq̄s eſt inuētus. Nemo deo am
plius dilect⁹: nemo ab hoīb⁹ magis fuit deſpect⁹: q̃ iħs
nazarenus a iudeis crucifixus. Ecce quale premiū illi red
didit mundus ꝓ om̄ibus inclytis geſtis ſuis et ſignis.
Occiditur tanq̃ viliſſimus latronū: moritur ſicut pau-
perrimus omnium. Moritur autē ieſus non in lecto de
plumis: ſed in aſpero ligno crucis. Non in domo: neqꝫ
ſub tecto: ſed in aperto: in loco fetido atqꝫ deſpecto. Nō
in ſecreto thalamo: ſed in publico patibulo. Nō in me-
dio diſcipulorū ſuorū: ſꝫ in medio latronum. Non inter
brachia chare matris: ſed inter cornua alte crucis. Non
habuit ſub ſe modicū ſtraminis: nec ſuꝑ ſe opertorium
viliſſimi lintheaminis. Defuit illi ceruical capitis: pro
quo habuit ſertum de ſpinis acutis. Nō habuit calcia-
menta in pedibus: nec cyrothecas vnq̃ geſſit in manib⁹
ſed ꝓ his clauos ſuſcepit ferreos: carnem et oſſa penetrā
tes. Non habuit in tanta neceſſitate vel vnū ſeruitorem
ſed pertulit iuxta ſe peruerſum quendam vicinum im-
pium ſcilicet latronem: graues ꝯtumelias ſibi inferentē
Nullum habuit conſolatorem: ſed pene om̄es reperit de
ſertores: quos prius menſe ſocios habuit et ſectatores.

Non valuit manū mouere nec pedem:neq̧ in alterā ſe diuertere partem ad reuelandū:vł in modico corpis ſui dolorem. Stat firmiter fixus: rigidiſſime extenſus: grauiſſime tortus: atq̧ ab om̄i parte artatus. Sine cura: ſine auxilio: ſine ſolacio tanq̄ mortuus a corde. Sola lingua remāſit ei libera ad loquendū: libera vt ꝓ inimicis ſuis oraret. Et ſeptē ſaluberrima verba ꝯtra ſeptē mortalia crimīa in ambone crucis nobis p̄dicaret. Sed nec lingua eius afflictiōe caruit: quia felle et aceto dū ſitiret infecta fuit. Igitur ab imo pedis vſq̧ ad verticē capitis totus in aquis paſſionū Jeſus demergit̄: et hora nona inſtante clamans voce magna morit̄. O qualis et quantus eſt iſte: qui ſic clamās expirat: in cuius tranſitu celū luget et terra: ante cuius ꝯſpectū mors fugit: ad cuiꝰ vocem mortui reſurgunt: quē videntes porte mortis: ꝯfracte ſunt: cuius p̄ſentiā dyabolus ferre nō pōt: cuius potentie nemo reſiſtere valet. Quē tremunt inferi: adorant ſupi: cui ſeruiūt angeli: obediunt archangeli: cuiꝰ claritate irradiatur limbus patrū: letificat̄ pp̄łus ſanctorū: ſoluuntur vincula: eruunt̄ animaꝝ ſpolia multa. Vere filiꝰ dei hic erat: ait Centurio. Videns nanq̧ iſte beatus: q̄ ſic clamans exſpiraſſet: animaduertit in natura hūana inuiſibilē habitare deum: moxq̧ ꝯfitetur dei filiū: quē iudei deridebant crucifixū. O nimis indurati iudei: q̄s nec pena patientis emollit: nec inſueta ꝓdigia moriētis ꝯuertunt. Audite tā ſurdi: et intuemini ceci: qui ſignū d̄ celo petiſtis vobis oſtendi. Ecce fiunt ſigna in celo ſurſum: et in terra deorſum. Famulant̄ chriſto elemēta mūdi: et in hora defunctionis eius ꝯtriſtant̄ oīa: et vos miſeri ridetis. Nam ſol obtenebreſcit meridie: nolēs mortem eius aſpicere. Terra cōmouet̄ pauide: nō valens dei iniuriā tacite ſufferre. Petre ſcinduntur valide: et altis

ſtridoribus: ſuo adolent creatori. Velū templi ſcindit: vt remoto velamine veteri pateāt ſacra myſteria chriſti. Ipſe em̄ eſt hoſtia vera: auferens cuncta ſcelera mundi. Ipſe eſt agnus dei immaculat⁹: tpe paſcali in cruce immolatus. Ipſe ſacerdos verus a deo ꝯſecratus q ſemet ipm̄ obtulit hoſtiā patri in odorē ſuauitatis. Ipſe ſummus pōtifex: qui ſemel in anno ſolus ingreditur in ſctā ſanctorum. Vt roget nō tantū ꝑ plebe iudeorum: ſed ꝑ ſalute oīm in ſe credentiū populorū. Hoc em̄ veraciter egit ſemel moriendo ꝑ humano genere in fine ſeculorū. Monumenta etiā apta ſunt vt futura chriſti reſurrectio cū multis ſanctis e vicino monſtraret. hec miranda ꝙ̄plures qui ad ſpectaculū cōuenerant cernentes compuncti ſunt valde: et ꝑcutientes pectora ſua reuertebant. Reuertere et tu aīa mea ad interiora tua et geme cū gementib⁹: plora cū plorantib⁹ chr̄m: ne ſaxis durior: et iudeis infidelior inueniaris. Beate lachryme que ꝑ amore crucifixi fundunt. Pium nanqꝫ eſt et multū dulce pro dulci domino flere. Hec magna ꝯſolatio amantis eſt: ex ꝯpaſſione dilecti vbertim plangere. Fleuit et ipſe ieſus ꝑ humanis ſepe miſerijs: et cū deficerēt lacryme: effudit ſanguinem largiori pietate. Obijt itaqꝫ ꝑ te in cruce dn̄s ieſus chr̄us. Sit ergo tibi decetero mortu⁹ totus hic mūdus: diſce in morte ieſu tue mortis recordari. Et ſtude ēt ad moriendū te preparare. Neſcis em̄ qn̄ veniet dn̄s: neſcis quādo te tollet factor tuus. Vigila om̄i tpe et ora: vt bonā horā inuenias. Sic age: ſic loquere: quaſi hodie ſis migratur⁹. Diſce ante mortē mori: ne mors veniens tibi ſit horrori: ſed ianua vite. Chriſtus mortuus eſt et ꝓphete: ⁊ tu viā patrū mox ſequeris. Magna tamē ſpes magna valde ꝯſolatio in verbo ieſu dicētis. Qui credit in me: etiā ſi mortuus fuerit: viuet. Et iterū. Qui verbū

meū audit:et credit ei q̄ miſit me:habꝫ vitā eternā. Fac ergo Jeſum tibi amicū dū viuis:vt habeas eū ꝓpicium cū obieris. Proijce abs te qcqd ab amore ieſu impedit. quicqd a celeſti regno te retardat. Caue oīe qđ pōt conſcientie inquinare puritatē:relinque quicqd mentis poteſt tollere pacem. Tene abſtractū mundo vni cū deo famulare chriſto. Ambula cum ieſu in libertate ſpiritus: nil tibi ſit cure de rebus externis. Para illi domū mentis:exhibe ſibi cenaculū grande ſtratū:vt faciat apud te paſcha myſticū cū diſcipulis ſuis priuſq̄ moriaris. Cū autē ceperis infirmari:et diē vocatiōis tue ſenſeris adeſſe:tunc ad ieſum hūiles emitte preces: et loquere cum Maria et Martha dicēs. Domine ecce quem amas infirmat. Potens em̄ eſt:pius:et miſicors ieſus qui ſuper Lazarū fleuit:ac mortuū reſuſcitauit. Ab oīni te plaga curare:atqꝫ ſeculo defunctū in die nouiſſimo reſuſcitare. Penſa etiā tūc ꝑcipue de cena dn̄ica:quō hūilis ieſus diſcipulorū pedes lauit:et ante diſceſſum ſuū ſacri corporis ſui myſterium eis in ſolacium tradidit. Et tu ergo a domino Jeſu humiliter pete a pctōꝝ tuorū ſordibus ablui:atqꝫ precioſi corporis ſui viatico ante exitum tuum fideliter premuniri. Quo ſumpto in gratiarū actiōe verſare:et de dulcioribus mandati eius verbis deuote meditare:ac deinde eleuatis in celum oculis vnionem chri totis exopta medullis. Poſtea ad paſſionē chriſti te conuerte:et ex illa conſolationis medelam aſſume. Jngredere etiam cum ieſu et diſcipulis eius in hortum iuxta mōtem Oliueti. Hoc eſt:ſepara te a preſentibus amicis ad vacandum deo in ſecreto liberius: et ora patrem celeſtē pro bono exitu tui incolatus. Flecte cum ieſu genua:procide in faciem tuam ſuper terram:reſigna te in man⁹ dei et dic hec perfectiſſima dei verba. Pater/ non mea:ſed

tua voluntas fiat. Ipſe enim nouit melius: vtrū viuere an mori tibi ſit ſalubrius. Roga quoqꝫ aduentantes fratres et fideles omnes: vt tecum vigilent in orationibus: ne inimici fraudib⁹ moleſteris. Recurre in oī angustia ad ieſum: et ſequere baiulātem ſibi crucem vſqꝫ ad Caluarie locum. Ibi fige ſtationem tuam: ibi elige terminare vitam. Ibi trade et ſpiritū tuum. Pone paſſionē et mortem Jeſu inter te et iudiciū futurum: et reſpice indeſinenter ad crucifixum. Cōtra dyaboli terrores inuoca ieſu nomen et ſancte crucis leua ſignum. Si ille obiecerit tibi mala preterita et peccata multa: tu replica infinita chriſti merita. Memento etiā ſeptem verborū ieſu: que in cruce ꝓ tua informatione dixit. Statim nanqꝫ vt crucem aſcendit: orauit ꝓ inimicis: indulſitqꝫ peccantibus: vt tu cunctis debitoribus tuis ex corde dimittas: et iterū tibi petas ignoſci. Secūdo latroni ꝯfitenti ꝓmiſit amenitatē paradiſi: vt tu nō deſperes ob grauitatem ꝯmiſſorū. Sed fidēter etiā tui memiſci poſcas in regno celorū. Tertio beatiſſimā matrē ſuā virginē Joanni virgini cōmendauit: vt tu in agone ꝯſtitutus: ad clemētiſſimam mr̄em eius mariā pauperū adiutricē inſtāter confugias: ipſiqꝫ et beato ap̄lo Joanni atqꝫ oībus ſctīs te ſollicite cōmendes. Cōmenda te etiā fratrū tuorū ceterorumqꝫ fideliū precib⁹: vt tui dignent̄ poſt exitū eſſe memores in vigilijs ſuis ꝛ in miſſis. Quarto oñdit ſe eē derelictū in penis: vt tu dolorib⁹ q̄uat⁹: nō impatiēter feras: ſi nō fueris ſtatim releuat⁹: ſed dei ordinationi in oīb⁹ te ſubmittas. Quīto ait Sitio. vt tu ad deū fontem viuū ardēter ſitias: cupiaſqꝫ diſſolui: et eſſe cū chriſto. Hoc em̄ m̄lto melius q̄ diutius pegrinari in ſec̄lo et varijs adhuc inuolui periclīs. Sexto ꝓtulit cōſummationis verbum: vt tu dierum tuorum cernens adeſſe

inem: ꝓ om̄i bono pacto referas deo laudem: et quicq̄d min⁹ egiſti: petas p chr̄m integre ſuppleri. Septimo tradidit aīam ſuā in manus patris cū clamore valido: vt et tu ex hoc mundo migraturus beate cōmendatiōis illius verbum legere ac frequēter repetere nō omittas: quo nil dulcius memorandū noueris in fine. O aman‑ tiſſime ieſu/ ſplēdor paterne glīe et ſol iuſticie: qui ꝓ me indigno ſeruulo tuo dignatus es hāc viliſſimā pati do‑ loris formulā: et in loco Caluarie ꝓ redemptiōe mundi aīam tuā tradidiſti: ac patri tuo orans commendaſti. Preſta mihi hui⁹ amariſſime mortis tue dolorē pariter et amorē iugiter in pectore meo circumferre: atq; ad cō‑ moriendū tibi per mortificationē oīm vicioꝝ quottidie meipſum exercere: vt appropinquante vite mee termino in luce miſerationū tuarū merear reſpirare: et tecū in pa radiſi gaudia feliciter introire. Adeſto mihi morienti: ſuccurre agonizanti: occurre deſideranti: defende me ab hoſtibus: eripe de erumnis: ꝯſolare gementē: cōforta tre mētem: refoue deficientē: ſuſcipe expirantē. Vltimū ver bum tuū in cruce ſit vltimū verbū meū in hac luce. Et cū amplius fari nō poſſum: exaudi finale deſideriū meū. Pater/ in manus tuas cōmendo ſpiritū meū: redemiſti me dn̄e deus veritatis. Amen.

De pallida et miſeranda ſpecie Jeſu quando anima eius migrante certa mor‑ talitatis in eo apparuerunt ſigna.

Benedico/ et grās ago tibi dn̄e ieſu chriſte: ſpe‑ culū ſine macula diuine maieſtatis: ꝓ tua mi‑ ſeranda et pallida ſpecie ex mortis inuaſione contracta: quando anīa tua migrante a corpe: certa in te mortalitatis apparuere ſigna. Heu heu ieſu omniū pul

berrime perijt decor iocūdiſſimi vultus tui a ſqualore
ꝯſpuentiū in te labijs immundis:et decidit flos gratiſ-
ſime iuuētutis tue in diſcrimine mortis. Ah pijſſime
deus:hec oĩa venerūt ſuper te ꝓpter pctā mea purgan
da q2 vt ego mundarer in aīa:tu voluiſti deformari in
corpe. Et vt ab eterna eriperer morte:atrociſſimā mor-
tem degustaſti ad horā. O mors quid feciſti:quare non
timuiſti mittere manū tuā in chriſtū dñm. Quid iuris
in eo habuiſti:aut quid culpe in filio dei deprehēdere po
tuiſti. Occidiſti:inuaſiſti:ſed nō illeſa inuaſiſti. Nā vi-
tam occidendo occiſa es:et hamo diuinitatis chriſti per
forata:pdidiſti tyrannice dñationis tue imperiū: et de-
ſcendēte anima chriſti ad inferos: compulſa es reddere
oĩes electos in Adam mortuos:quos diutiſſime prin
ceps inferni tenuerat captiuos. Sic eñ olim ṗdictum fu
erat p ꝓphetā. Ero mors tua o mors:morſus tuus ero
inferne. Unde et decēter in eccleſia altiſonis vocib9 can-
tatur. Uita in ligno morit:infernus ex morſu deſpoliat
Igitur in morte tua chriſte ſpes mihi reddit vite:et co-
rona redit leticie:principe mortis deuicto. Uere magna
et multiplex ex te emanauit grā:qñ in ligno crucis mor-
tuus fuiſti ꝓ vita noſtra Nam delet originalis culpa:
remittitur iniquitas ꝓpria:ampliat venia:mitigat pena
ſuſpēditur vindicta:ſoluit oĩe debitū:nulli miſcōia de-
negat poſt fletū.q2 inexhauribile eſt paſſiōis tue meritū.
Nō eñ gratis mortuus es. Pro quo ergo mortuus es?
Siquidē angelus nō eguit:q2 in veritate ſtabilis pman
ſit. Dyabolus nō reſurgit.q2 ſtatim poſt lapſum indu-
ratus fuit. Igit ꝓ hoīe mortuus es:qui dyabolica frau-
de deceptus corruit in mortem. Et iuſtū fuit:quē aliena
malicia ꝓſtrauit:vt charitas tua illū erigeret. O q̄ ma
gna pietas:o ineffabilis diuini cōſilij ꝓfunditas:o mi-

randū et ſp memorandū myſteriū: quo p̱ crucē hō̄ meruit ſalutem: per ſcandalū venit ad regnū/per penā introiyt ad gl'iam: p̱ mortē reduct⁹ eſt in vitā ſempiternā. Eſt ergo ſctiſſima paſſio tua dn̄e: oim vulnerū medicīa: crux tua cunctoꝝ hoſtiū ruina: inſigneqꝫ munimen fidelium mors tua: vitioꝝ interitus ortuſqꝫ virtutū. Letabor itaqꝫ de merito et fructu paſſionis tue: ꝯſolabor de redēptione mea: ꝯtriſtabor aūt de dilectionis intuitu: de amariſſima morte tua: nā piū eſt tibi ꝯgaudere: qꝛ mortem viciſti: et piū eſt tibi ꝯdolere: qꝛ tā grauia ꝑ me ptuliſti. Eia nūc aīa fidelis: intuere triſtē ac pallidā imaginē crucifixi ſaluatoris: ꝯſidera ſingl'a mēbra defuncti ieſu: et pre magnitudine ꝯpaſſiōis fletū deducāt oculi tui: fructuoſe nāqꝫ occuparis: et valde ſctām imaginatiōeꝫ aſſumis: cū ieſum in cruce ſuſpenſum ſpecularis. Botr⁹ cypri engadi imago crucifixi: in corde viri iuſti. Si ergo habes pietatis oculū: ſi humanitatis geris affectū: leua contemplatiōis tue radium ad deū crucifixum: pro te in cruce mortuū. Ecce lignum crucis: in quo ſalus tua pendet redemptio pioꝝ: deriſio perfidoꝝ. Caput eius ſpinis obſitū baſſe inclinatur verſus pectus ſacratum nec vlla iam apparet in eo motio vitalis: Oculi eius nil vident: cuius viſui nullū poteſt abſcondi ſecretum: aures eius nil audiunt: qui oīa ſcit anteq̄ꝫ fiant. Non odorat̄: qui florib⁹ preſtat odoris ſuauitatē. Perdidit guſtū: q̄ oib⁹ viuentibus vitā prebet et eſcam. Non mouet labia qui mutorum aperit ora. Nullum loquitur verbū: qui hominem docet ſcientiā. Ligua que ſemp̱ rectū predicabat inter fauces immobilis heret. Facies quondā ſole clarior: letifero pallore velat̄. Gene pulchre ſicut turturis: ſpeciem amiſerūt decoris. Manus que celos extēderūt: clauis ꝑforant̄ aſprimis. Genua ſepius in oṙonibus flexa

ſtupida pendēt et nuda. Crura que totius corporis mo lem velut columne marmoree ferebant a fortitudinis vi gore defecerunt. Pedes ad euangelizandū ſepius fatigati tanq̄ in neruo: ſic ſunt in ligno crucis ferro conſtricti. Oīa membra doloribꝰ vident plena vulneribꝰ ſaucia ſanguineq; reſpſa. At tamē oſſa eius cū oſſibꝰ latronū nō ſunt ꝯfracta: vt ſcriptura diuina impleret. qꝛ ipſe eſt verus agnus: in lege prefiguratus: cuiꝰ oſſa iuſſa ſunt in tegra ſeruari. Talis eſt dilectus meus: et ipſe eſt amicus meus filie hierl'm: et hic eſt finis defunctiōis eiꝰ: ꝑ quo ſi occiderer milies: nō eſſ; ꝯdigna retributio charitatis illius. O dulciſſime ieſu: redemptor anīe mee: quis mihi tribuat tecū mori in cruce: tecum ſortiri tam felicem horam in egreſſu de corpe. Obſecro te ex totis precordijs meis: concede mihi in hoc fragili corpuſculo ſic viuere: et oēs actus meos pariter et effectus ſm tuū beneplacitum dirigere: vt in ſtatu gratie: curſum meū queā con ſummare: et ad eterne beatitudinis brauium poſt varia tentationum pericula peruenire.

De dira perforatione ſacratiſſimi lateris dn̄i Jeſu poſt exceſſum vite.

Benedico / et grās ago tibi dn̄e Jeſu chr̄e: fons inextiguibilis charitatis et gr̄e ꝑ dira pforati one ſacratiſſimi lateris tui poſt vite exceſſum. Tūc eñ ſctōꝝ ſctiſſime ab vno ex militibꝰ tā valide fuiſti in dextera tua lancea militari pcuſſus ꝛ tranſfixus: vt ferri acumē intima tua penetrās cordis tui teneritudie; attingeret: et de latiſſimo vulnere ſaluberrimum nobis ſanguinis et aque fontē ꝑduceret: q̄ totus mūdus ſanaretur aſpſus. O ſacra ꝛ ammirabilis emanatio ſanguīs chriſti: de dextero latere dormiētis in cruce ꝑfluētis in



redemptionẽ generis humani. O clara et ſuauiſſima ex‑curſio aque benedicte de intimis viſcerib⁹ ſaluatoris in ablutionẽ oim pctõꝝ noſtroꝝ foras deriuantis. Olim ſiquidem Moyſes famulus dñi pcuſſit petram in here‑mo et fluxerũt aque largiſſime: bibitq; ppl's et iumenta eius de torrẽte illo cum dulcedine et ceſſauit a murmure. Sed Longinus miles ſtrenuus arrepta lancea in manu ſua fortiſſima: pcuſſit petrã: cũ chriſti aperuit dexteram et continuo exiuit ſanguis et aqua: hauſitq; inde ſalutis ſue ſacramenta caſta mater eccleſia. Sic enim Eua oim viuentiũ mater eſt appellata et de coſta Ade viri ſui for‑mata. Ita et ſctã militans eccleſia oim fideliũ mater eſt nuncupata: et de latere chriſti ſpõſi ſui reformata. O ma‑gnum et precioſum domini mei vulnus amandũ: ſuper oĩa vulnera pfundiſſime pforatũ: cunctiſq; fidelibus ad intrandũ latiſſime reſeratũ: miraculoſius fluidum: copioſius benedictũ: poſterius formatũ: ſed principali⁹ inſignitum. De hoc ſacro et diuiniſſimo vulneris fonte quicunq; biberit: vel ſemel amoris hauſtum ſumpſerit: oim maloꝝ ſuoꝝ obliuiſcet: ab eſtu deſiderioꝝ tpaliũ et carnaliũ ſanabit: eternoꝝ accendetur amore: inexpli‑cabili dulcore ſanctiſpiritus replebitur: fietq; in eo fons aque viue ſaliẽtis in vitã eternã. Intra intra aĩa mea in dextrũ latus dñi tui crucifixi. Intra p inſigne vuln⁹ ad amantiſſimũ cor ieſu: ex amore tranſlanceatum ad pau‑ſandũ in foramine petre a turbine mundi. Accede hõ ad cor altũ: cor abditũ: cor ſecretũ: ad cor dei apientis tibi oſtiũ ſuũ. Ingredere benedicte deo: cur foris ſtas. Patẽ facta eſt tibi vena vite: via ſalutis: archa celeſtis vñ flu‑unt aromata multa. Ecce locus refugij a facie tentantis inimici: loc⁹ ꝓpiciatiõis ab ira iudicij ſubſequẽtis. Hic eſt fons olei et gratie iugiter manantis: qui pctõribus

nunq̄ ceſſat miſericordiã ꝓpinare:ſi ex toto corde ꝯtriti voluerint accedere. Hic eſt fons diuini fluminis:de medio paradiſi egrediẽtis ad irrigandã ſupficiẽ terre: ad potandũ ſitim aride mentis: ad abluenda crimĩa:ad extinguendos laſciuie motus:et ad mitigãdas iracundie rixas. Et tu ergo de hoc fonte ſaluatoris poculum ſume amoris: trahe ex latere Jeſu dulcia ſolatia vite:vt viuas iã nõ in te:ſed in eo qui vulneratꝰ eſt ꝓ te. da illi cor tuũ q̄ apuit tibi cor ſuũ. Ingredere ꝑ oſtiũ ſacrati vulneris ad intima redẽptoris. Inuitat vt intres:petit vt ſecũ ꝑmaneas:deſiderat:vt cor vnũ cũ eo habeas. Fili inquit da mihi cor tuũ. Nil amplius a te deꝰ requirit : ſi illud dederis:gratiſſimũ munꝰ obtuliſti. Da ergo ieſu nõ alteri:da chriſto nõ ſeculo:da cor tuũ eterne ſapiẽtie:nõ vane philoſophie Ideo em̃ tã late fecit latus ſuũ aperiri: et ꝓfunde tranſfodi:vt via tibi pateret accedendi ad cor dilecti tui:vt poſſis interiora penetrare filij dei:et in vera cordis vnione ſibi vniri:vt om̃es affectiones tuas in ipſum dirigas:et cuncta opa tua ad eius honorem ſimplici ex corde facias:vt ipſi ſoli placere: ipſi pura mente et totis viribus ſtudeas inherere. Vbi em̃ poteris ſecurius quieſcere:tutius habitare:ac ſuauiꝰ obdormire:q̄ in vulneribus ieſu chriſti pro te crucifixi. Vbi ampliorẽ poteris inuenire ſapientiam: et vtiliorem capere viuendi noticiam q̄ in intimis viſceribꝰ paſſi Chriſti:de ſub cuius pectore fons viuus liquide emanat. Vbi tam valenter licet tepefactus poteris reaccendi:tam repente ab omni ſtrepitu ſeruari. Tam perfecte interius recolligi: ſicut in corde Jeſu chriſti ꝓ te ex amore lancea perforati.

Nil ſic accendit:trahit et penetrat cor hominis:ſicut amor crucifixi redemptoris. Hinc et quidam ſanctus dicebat. Amor meus crucifixus eſt. Cui affectanter re-

ſpondeo. Ecce amoꝛ meus vulneratus eſt et perfoꝛatus: vt liber ingreſſus ad amabile coꝛ eius mihi donetur. Pꝛopera quantū pia auiditate pꝛeſumere licet ſacro lateri ieſu te applica: vt ſanguine eius aſpergaris et aqua. Et ſi poſſibile eſt extrahe coꝛ tuū: ⁊ pone iuxta coꝛ Jeſu: vt ipſe hoc cuſtodiat: et regat: et poſſideat: ne amplius in diuerſa raptet et inquinet. Reuela illi coꝛ tuū: cōmitte te illi confidenter: trade ei om̄e velle tuū et nolle: ſit tibi coꝛ vnū: et aīa vna in deo. Idem ſape: et vnū ſentire per oīa cū eo ſm ſummū beneplacitū eius vſqꝫ in ſempiternum: tunc eris in magna pace: nec de facili poteris ꝑturbari: aut inoꝛdinate cōtriſtari: cū ex integro tradideris ieſu coꝛ tuū ad ꝑpetue ꝯſeruādū et inhabitandū. O ſinceriſſime ieſu oīm ſecretoꝛū cōditoꝛ: et amantiū coꝛdiū inhabitatoꝛ. O crucifoꝛme ſpectaculū oīm ꝯtemplatiuoꝛū. O deificū gazophilaciū oīm grāꝝ et donoꝛū: rex chr̄e redemptoꝛ fideliū: qui ſanctiſſimū latus tuū mucrone dire lancee apiri feciſti. Api mihi queſo poꝛtā miſcðie tue: ſine me ingredi ꝑ magnū et euidēs oſtiū lateris tui ad amantiſſimi coꝛdis tui archanū: vt tibi vniatur coꝛ meū inſolubili charitatis vinculo: atqꝫ vehementer accendatur: vt tu in me: et ego in te habitem: ac ꝑmaneam ꝯfederatus imꝑpetuū. Vulnera coꝛ meū ſagitta charitatis tue: tranſeat militaris lancea tua per viſcera mea: ꝑfodiatqꝫ oīa interioꝛa mea: quatenus ex hac ſalubꝛi vulneratione perfectam ſanitatem aīa mea conſequatur: vt nullū pꝛeter te amatoꝛē admittā: nullā extra te conſolationem requiram: Sit coꝛ meum tibi ſoli peruium et apertū mundo alienū: dyabolo clauſum: et ꝯtra quelibꝫ tentamenta ſigno crucis vndiqꝫ pꝛemunitum.

Depoſitio domini Jeſu de Cruce.



BEnedico/et gr̃as ago tibi dñe ieſu chriſte forti
tudo diuina pro humili depoſitiõe tua de alti
tudine crucis hora veſptina : in q̃ pependiſti
vſqꝫ ad ſolis occaſum ꝓ ſalute nr̃a: de qua et iuſſus es de
poni: ſm veteris inſtituta legis : et ꝓpter inſtantẽ paſca
lis feſti diem ſabbato ſancto celebrandam. Laudo ꝛ
glorifico te ꝓ deuoto obſequio a familiarib⁹ amicis cha
ritatiue tibi impenſo: qñ illi iuſtiſſimi viri Joſeph ab
Arimathia: et Nicodemus doctor legis cũ ſuis verna-
culis ad crucem accedentes: et erectis in altũ ſcalis: alius
ad dexterã: alius ad ſiniſtrã ↄſcendens: alius vero ad
ſoluendos pedes ſe coaptans cũ omĩ honeſtate ꝛ pieta-
te tres precioſos clauos auro fulgente digniores de ſan
ctis manib⁹ tuis ac pedibus extraxerũt: atqꝫ ſimul iun-
ctis potẽtibus ſocijs nobiliſſimũ corpus tuũ reuerẽter
amplectẽtes modeſte et ꝓuide ad ima ſubmiſerũt. Be-
nedicti vos viri miſcõie: qui feciſtis hanc miſcõiam cũ
dño deo veſtro: vt eũ debite traderetis ſepulture. Nam
fidelitatem quã prius viuẽti exhibuiſtis amico: etiã po-
ſtea ãpliori deuotiõe exhibere curaſtis defuncto. Jdeoqꝫ
ſpẽalem remunerationẽ a deo ꝑcipietis in celo : cui vos
tam fideles demonſtraſtis in mundo. Et cui iã locũ ſe-
pulture paraſtis in terris: abſqꝫ dubio ipſe iterũ vobis
ꝑparabit feliciorem manſionẽ in celeſtibus: ſicut heſter-
na nocte ſuis ꝓmiſerat diſciplis. Vtinã ꝛ mihi oĩm ſer
uorũ dei minimo licuiſſet intereſſe dñi mei exequijs : vt
ſaltem modicã ei ſuitutẽ impendere potuiſſem. Certe li
benter ſcalam crucis tenuiſſem: vel ad extractionẽ clauo
rũ tenellã fabrilẽ ſurſum porrexiſſem: aut etiã deferenti
bus manũ adiutorij ↄtuliſſem. O q̃ bñ mihi ↄtigiſſet:
ſi tã ꝓpinque ſtetiſſem: vt vnũ ex dñicis clauis ab alto
deſilientẽ/in ſinu meo recepiſſem ꝓ dulci mẽoriali paſſio-

nis eius:vt quotiēs illū inſpicerē:ad lachrymas ſtatim ꝓmouerer. Laudo et honorifico te ꝑ deſiderabili illo amplexu:quo inter man⁹ ⁊ brachia triſtiſſime matris tue ſuſceptus es et amplexus:atq3 eidē ex cōpaſſiua deuotiōe a fidelibus traditus:et in virginali eius gremio collocatus. O quāte lachryme ex puriſſimis oculis ei⁹ tūc fluebant:q̄ calide gutte ex pudiciſſimis genis eius tūc pendebant. Que in materno vultu ſuper extinctū corpus tuum mox proſtillarunt. O q̄ pura labia in defuncta mēbra tua puritatis mater tunc impreſſit:q̄ dolēter et inſtāter ſtigmata ſacroſancta inſpexit. O q̄ votiuis brachijs benedictū vētris ſui fructū circūſtrinxit ac tenuit:quem pro ſalute mundi in ara crucis immolari vidit:quis deuotorū tanti doloris anguſtias capere:quis vbertatem illarum lachrymarum ſufficeret edicere:quas pia mater Jeſu tunc effudit. Nunc igitur accede propius aīa mea et deuote oſculare rubicunda ieſu vulnera. Siquidem cū penderet in cruce conclauatus:nulla via patuit accedendi:propter vim populi comprimentis:et altitudinē crucis. Nunc vero in ſinu gemebunde inuenitur matris: vbi vulneratus iacet et mortuus. Accede itaq3 quicū q3 peccator magnus:quem eterne damnationis perterret metus.quia pro te occiſus eſt agnus:ꝑ te oblata eſt hoſtia:que totius mundi tulit offenſam. Tam pius ⁊ miſericors eſt dominus Jeſus: tam pia et dulcis eſt Maria mater eius:vt nemo vacuus:nemo abſcedat inconſolatus:ſi ex toto corde veniā poſtulauerit. O q̄ dulcia ſunt hec dicta mihi peccatori ſuper mel et fauum cordi meo: Nam totū ꝑ me geſtū video:quicquid Jeſum in carne paſſum lego. Totum etiā mihi ad meritum cedit et ſolatium:quicquid boni in vita ſua beata virgo egit: quicquid ſacri miniſterij chriſto impēdit:quicquid aduerſi-

tatis in mundo cũ ieſu pertulit. Serua igitur electa mater in gremio vnicũ filiũ tuum dilectũ pro me occiſum. ſerua tamdiu ieſum extra ſepulturã: donec flexis humiliter genib⁹ adorem eũ ſup terrã: donec effundam corã eo preces meas: et deoſculer vulnera eiuſq̧ mẽbra martyrio tormentata. Exaudi me domina mea: porrige mihi ad oſculandum quem diligit anima mea.

Orationes ad membra Chriſti.

Et primo ad Pedes.

Speciosi pedes dñi mei Jeſu chri: qui vni⁹ duriſſimi claui incuſſione pariter tranſfixi fuiſtis: et precioſum ſanguinẽ in magna quãtitate emiſiſtis. Adoro vos reuerẽter et oſculor diligẽter petens mihi dimitti quicquid ſtando vel deambulãdo deliqui. Aue ma. ¶ Ad Crura. O decora crura et humilia genua dñi mei ieſu chri: que in oratione ſup nudã terrã curuata et pſtrata iacuiſtis: et in paſſiõe graui ſtimulatiõe vexata fuiſtis. Adoro vos humiliter et oſculor ſuppliciter: rogãs mihi pciti⁹ ignoſci: quotiẽs in dei ſeruitio piger et indeuot⁹ extiti. Aue. ¶ Ad Ventrem. O ſacer et incontaminatus venter dñi mei Jeſu chriſti: quẽ portauit et aluit virginalis aula ſancte Marie: qui multis verberibus fuiſti acerrime percuſſus. Adoro te dignãter et oſculor cõpatiẽter ſupplicans mihi relaxari: quotiens corpi meo ampliorẽ q̃ neceſſitas exigebat curam impẽdi. Aue ma. ¶ Ad Latus. O digniſſimũ latus dñi mei Jeſu chriſti: in quo diuini amoris patet vulnus ampliſſime pforatũ. Adoro te precipue et oſculor pintime: flagitãs mihi veniã pcedi: quotiẽs charitatem fraternã leſi: et ab amore celeſti refrigui. Aue mari. ¶ Ad Dorſum. O patientiſſimũ dorſum domini mei

Jeſu chriſti qȯ ꝓmptū fuit portare lignū vite: et oīa pec catoꝝ onera ſine ꝯdictione: pferens etiam duriſſimos ictus flagelloꝝ. Adoro te deuote ꝛ oſculor moroſe orās mihi remitti quotiēs min⁹ patiēter grauamīa imminē tia ptuli. Aue. ¶ Ad Manus. O venerabiles manus dn̄i mei ieſu chriſti in cruce longi⁹ extenſe ferreis clauis groſſis pforate. Adoro vos fideliť ꝛ oſculor lachrymabiliter poſtulans in me abſtergi quicqd illicito actu vel ꝯtactu ppetraui. Aue. ¶ Ad Pectus. O mūdiſſimum pectus dn̄i mei ieſu chriſti: in quo nulla labes peti fuit: nec intrare potuit: ſup qȯ beatus Joānes apl'us in cena recubuit. Adoro te ſincere et oſculor affectuoſe depcans in me plene purgari: quicqd ſordida cogitatione ꝯtraxi. Aue. ¶ Ad Collū. O candidū ꝛ macilentum collū dn̄i mei ieſu chr̄i: fame ac ſiti frequēter extenuatū: nunꝙ curioſe adornatū: nec in altū vane extenſum: ſed hūili reuerētia patri et mr̄i ſubiectū: qȯ in paſſiōe duriť fuit colaphiſatū. Adoro te hūiliter ꝛ oſculor amabiliter orās mihi dimitti quicqd oſtentatiōis cauſa pegi. Aue. ¶ Ad Os. O ſuauiſſimū os dn̄i mei ieſu chriſti a quo ſalutis verbū deriuauit in mundū: qȯ iudeoꝝ ſaliua extitit inquinatū: ꝛ aceti poculo amaricatū. Adoro te ꝛ oſculor benigne: flagitans mihi ignoſci quotiēs edendo: bibendo: aut loquēdo deliqui. Aue. ¶ Ad Faciē. O inclyta facies dn̄i mei ieſu chr̄i: plena amicabili reuerētia turpiter a iudeis ꝯſputa: nequiter ceſa: iocaliter velata: Adoro te elegāter et oſculor affectāter petēs: vt mihi indulgeas quotiēs vultum tue ſerenitatis offendi. Aue. ¶ Ad Aures. O felices aures dn̄i mei ieſu chr̄i quas nullius vanitatis aura pflauit: nec vllus ridiculoſus ſmo aut iniurioſus a ſtatu rectitudis pmutauit. Adoro vos honorabiliter et oſculor reuerēter: depcās in me ce

lerius aboleri quicqd vanitatis hauſi p illicitū auditū. Aue mař. ¶ Ad Oculos. O preclariſſimi oculi dn̄i mei ieſu chr̄i: ab oī ↄcupiſcētia puri: et in mortis violentia obſcurati: vnde dulcis ſepe lachrymarū ꝓfluxit imber. Adoro vos cordialiter: et oſculor ſuauiter obſecrās mihi indulgentiā largiri ꝓ omni macula ex viſu nociuo queſita Aue ma. ¶ Ad Caput. O ſublime et reuerendū caput dn̄i mei ieſu chriſti: habens acutiſſimā coronam de ſpinis vertici impreſſam: cui⁹ circūpendētes capilli ſanguine defluente intincti ſunt et ſacrati. Adoro te cū angelis et poteſtatib⁹ vniuerſis: et ſup oīa ſacra vulnerū loca oſculor te charius ac depcor inſtantius: vt ab om̄i pctōꝝ ſpinoſitate me abſoluas: et in numero electorum tuorum inter minima ſaltem membra computare digneris. Amen. Aue maria.

De veneranda Sepultura domini Jeſu.

Benedico/et grās ago tibi dn̄e Jeſu chr̄e: odor vite: candor lucis eterne ꝓ tua ſuauiſſima conditura cū aromatib⁹ p̄cioſis: que licet tibi necessaria nō eſſet pro corruptiōe pellenda: erat tn̄ ex deuotione famulantiū tibi plurimū accepta: ac etiā ſm iudaice ↄſuetudinis formā licēter admittenda ſicut de nōnullis patriarchis et regibus legitur tali more ſepultis.

Laudo et honorifico te ꝓ diligenti inuolutione ſacri corporis tui in ſyndone mūda: necnō ꝓ decēti circūuelatione benedicti capitis tui in ſudario albo et puro: quod poſtea reptum fuit in ſepulchro ſctō. Laudo et glorifico te ꝓ tua flebili deportatiōe ad locū ſepulture ꝓ reuerēda impoſitiōe tua: et humili reclinatione in monumēto nouo: de petra exciſo a nobili decurione Joſeph tibi do-




nato: vbi q2 hoꝛa tardioꝛ erat fuiſti honoꝛifice cũ lachry
mis ſepultus: atq3 ſub grandi lapide firmiſſime clauſus
Gaude venerabilis Joſeph: de tante pietatis officio: et
de tam ſublimi charitatis opere in chr̃o. Regratiʒo tibi
multũ et recõmendo excellenter tuã nobilitatem eo q fe
ceris hãc rem omĩ honoꝛe digniſſimã: quia nõ ſolũ pe-
tiſti a Pylato ſepeliendi licentiã: ſed etiã ꝓpꝛium ei ape-
ruiſti ſepulchꝛũ: qd̃ tibi paraueras ad repauſandum in
eo poſt moꝛtẽ. O quanti exiſtimauit te deus: vt apud te
eligeret ſepeliri pꝛe cũctis mundi locis: in cuius nimirũ
poteſtate erant oẽs fines terꝛe: et que celi ambitu ꝯtinen
tur. Dico tibi virorũ illuſtriſſime: q exinde eris apud
deum et hoĩes honoꝛatus: q̃diu ſteterit mundus: et fide
liũ floꝛuerit numerus. Erit enim hoc venerabile ſepul-
chꝛum pꝛe oĩbus ſanctoꝝ ac regũ ſepulchꝛis gloꝛioſum:
magis ⁊ inclytũ atq3 in toto oꝛbe terꝛarũ celebꝛius no-
minatũ. Venient ad hunc locũ ſanctum inuiſendum de
extremis finibus terꝛe peregrini multi: et adoꝛabunt in
loco iſto: vbi requieuit coꝛpus domini. Hic ergo ſepul-
tus eſt ieſus: hic poſitus eſt crucifixus: hic lamẽtatus eſt
a mulieribus: hic cuſtoditus eſt a militibus: hic ſurꝛexit
tertia die chꝛiſtus: hic viſus eſt a Maria magdalena Je
ſus: hic apparuit de celo angelus dñi: hic pterꝛiti ſunt cu
ſtodes ſepulchꝛi et facti ſunt velut moꝛtui. Reſide igiť
et tu hic modicũ iuxta monumentũ ad plangendũ cum
mulieribus dñm ieſum ꝓ te ſepultum. Decet em̃ illi la-
mentationis exhibere officiũ: a quo ꝑpetue exultationis
deſideras ꝑcipere pꝛemiũ. Perpende itaq3 q̃ grauiter cõ
triſtabantur tunc om̃es chꝛiſtifideles: maxime autẽ ſctẽ
mulieres cũ Jeſum a ſe tolli: et in ſepulchꝛo claudi ꝯſpi-
cerent: ꝓ cuius amoꝛe om̃ia contẽpſerant: quẽ tanto ter-
rarũ ſpacio ſecute fuerãt: cui tam deuote ſepius de facul-

tatibus ſuis miniſtrauerāt: atqȝ intimē dilexerant: vt ab
eius dulci pſentia ad modicū vix ſequeſtrari poterant:
cum quo ſemꝑ viuere et iocunde cōſeruari affectabant.
Per quē et perpetue ſe poſſe beari credebāt. Certe quā⸗
to amor erat intenſior: tanto et luctꝰ fuit amarior. Su⸗
per omnia autem mentes triſtium affligebat: qꝛ ſpes re⸗
ſurgendi videbatur ablata: et fides earum quodammō
cum Jeſu in tumulo ſepulta. Nulla ergo ꝯſolatio miſe
ris ſupereſſe ſentiebatur: qꝫ defunctum lamentari: aut
ire aromata ꝑparare: vt ſi mortuū ſuſcitare nō poſſent:
ſaltem a corruptione fideliſſima vnctione ſua ſeruarent.
Sed o ſancte et religioſe mulieres Chriſtum inceſſabili
amore diligētes. Nolite queſo nimium plangere: nolite
penitus deſperare: recordamini verborū ieſu que predi⸗
xit ⁊ expectate pauliſper poſt tres nanqȝ indubitāter di
es reſurget: tunc videbitis eū in magna claritate et cor⸗
dis leticia: quem nunc plangitis ſepultū in infirmitate
et meſticia. Tunc erit gaudium nouum ōmibus amicis
eius: qui nunc grauiſſime de morte eiꝰ et ſepultura con⸗
triſtantur. Nec eſſet illi omnino tunc neceſſaria vn⸗
ctio veſtra: quia reſurgens a morte in ſumma apparebit
gloria. Veſtitur enī immortalitatis ſtola: et mors ei vl⸗
tra nō poterit dominari. Diſce et tu in ſepultura ieſu de
ſolutione corporis tui fructuoſe penſare: neceſſe eſt ter⸗
re cōmendari quod de terra accepiſti: puluis es: et in pul
uerem reuerteris. Unde ergo ſuperbis: mox putredo fu
turus: humoqȝ operiendus. Quid in mundo concupi⸗
ſcis: cito ab eo expellendus: et hoīm pedibus conculcā⸗
dus. Cernens igitur ſepulchra mortuorū: memento te il
lis in proximo ſociandū. Ibi quippe conſtituta eſt do⸗
mus omni viuenti. Ibi diues et pauper iacebunt cōmu⸗
ni lecto proſtrati: modico ſpacio terre contenti. Ibi no⸗

bilis ab ignobili non diſcernitur : nec imbecillis a potentiore amplius conculcabitur . Ibi auaro nihil proderit pecunia:nec aſtuto exquiſita nequicia . Ibi delicatus erit eſca vermiū:et quondam formoſus in ſtola ſua grauis fetor narium. Ibi curuabitur altitudo virorum: et euaneſcet laus ſupborum . Ecce quomodo tendit ad nihilum omne mortaliū genus : et ad ſuā originem redit omnis caro per culpā corrupta. Quapropter ſic ſtudeas modo viuere:et ſpiritu facta carnis mortificare:vt carne putreſcēte in puluere:anima tua mereatur felici in pace requieſcere. Si enī diē paraſceues nūc agis in labore:a merore habebis ſabbatum ſanctum in requie:ac deinde letiſſimū paſca in reſurrectione iuſtorum. Quanto igitur ſtrictius nunc viuis in mundo:tanto tranquilli9 dormies in ſepulchro. Quanto nūc firmius cruci adheres:tanto ſecurius ad chriſtum peruenies. Quanto nūc amarius peccata tua deploras:tanto minus vltricibus flammis exurenda relinquis. Plange plange dum tempus eſt gratie:dum porta patet miſericordie : dum accepta eſt deo penitentia:et copioſa apud eum redemptio . Plange quoq3 miſerabilem ſtatū mūdi:et magnā multitudinem hominū: ꝙ tam pauci inueniuntur veri imitatores crucifixi:et tam multi frigeſcunt a feruore ſpirituali . Sit proinde quotidianū exercitium tuū meditari ieſum chriſtum:et hunc crucifixum tibi ſemper prepone: a cruce ieſu non recede:ſed viuens et moriens cum Ieſu tumulū ingredere: vt cum apparuerit chriſtus vita tua cum ipſo reſurgas in gloria. A M E N.

Oratio deuota de quinqꝫ vulneribus Jeſu chriſti.



DOmine Jeſu chriſte fili dei viui precor te per ſanctiſſima quinqꝫ vulnera tua que in Cruce ꝑtuliſti ꝓ me miſero peccatore: dirige ſenſus cordis et corporis mei in beneplacito tuo: vt nunq̄ valeam decedere de hac vita ſine vera penitẽtia: pura cõfeſſione: digna ſatiſfactione: caſto corpore: mundo corde:

et fide catholica: et ſacroſancta eukariſtia atq; vnctione per te domine Jeſu chriſte qui ſolus potes me ſaluare. Da mihi per interceſſionē beatiſſime genitricis dei virginis Marie: ſancti Hieronymi: ſancte Katherine: et angeli cuſtodis mei: velle orare: et opera exercere que tibi placeāt: et mihi expediant. Da mihi in omni tribulatione mea conſilium: et in omni tempore virtutem. Da mihi de preteritis malis meis veniam: de preſentibus emendationem: de futuris largire cuſtodiam: et felicem conſummationem. A M E N.

Ex officina excuſoria Sigiſmūdi Grim: Medicine Doctoris: ac Marci wyrſung: Auguſte Vindelicor. Quinta die Aprilis Anno. rc. D D D. X X.